PRAEPARATIONES DEVOTAE, ET GRATIARUM ACTIONES, AC MEDITATIONES...

Antonio De Castor, Nicola Valentano Lisini

Digitized by Google

BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
FONDO EBORENSE
42
2 A
23

Digitized by Google

Digitized by Google

P. Sirini ad simpliciter usum M. O. 1831.

Digitized by Google

PRÆPARATIONES DEVOTÆ,

Et Gratiarum Actiones,

Ac Meditationes affectuoſæ ad dignè celebrandum, ſeù comunicandum.

Per hebdomadæ dies ordine diſpoſitæ pro variis anni temporibus.

Quæ omnia ex Sanctis Patribus, piiſque Auctoribus excerpta, & in hunc ordinem reddacta ſunt.

A P. D. ANTONIO DE CASTOR.

Sacerdotes, qui accedunt ad Dominum, ſanctificentur, ne percutiat eos. Exod. 19.

ROMÆ. MDCCX.

Typis Dom. Ant. Herculis.

Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

IMPRIMATVR.

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſt. Sac. Palatii Apoſtolici.

Dominicus de Zaulis Archiep. Theod. Viceſg.

IVſſu Reverendiſsimi Patris Paulini Bernardini S. P. A. Magiſtri legi Opuſculum inſcriptum *Præparationes devotæ, & Gratiarum Actiones, ac meditationes affectuoſæ ad dignè celebrandum; ſeu communicandum &c.* ex SS. PP. piiſq; auctoribus collectū à R. P. D. Antonio de Caſtor, & in eo nihil regulis fidei, aut morum diſſonum reperi; quinimò ad excitandos Pietatis effectus erga Deum, & ad invocandum Sanctum Nomen eius in tractandis ſanctiſſimis fidei noſtræ myſteriis ſatis idoneum puto; unde ex Typis dignum cenſeo. Romæ ex domo Scholarum Piarum S. Pantaleonis die 2. Aprilis 1710.

Petrus Franciſcus à Concep. B. V. Scholarum Piarum.

IMPRIMATVR,

Fr. Ioannes Baptiſta Carus Sac. Theol. Mag & Reverendiſs P. Paulini Bernardini Sac. Apoſt. Palatii Mag. Socius Ord. Prædic.

Digitized by Google

COLLECTOR PIO LECTORI.

SAcerdotis aſpice dignitatem, (Lector Benevole) & attende, quomodo agitur quidem in terra, (ut Sanctus aſſerit Chryſoſtomus) ſed officium cœleſtibus negotiis continetur. Non enim homo, non Angelus, non Archangelus, non aliqua alia creatura, non Virtus ſed ipſe Spiritus ſanctus hoc munus inſtituit, atque adhuc manentes in carne, miniſterio fungi præſtitit Angelorum. Quidni ergo Angelicā æmulabitur ſanctitatem, puritatem, ac ſedulitatem, qui ad

tantam, tamque ſublimem dignitatem ſe provectum, ſeque ad onus ſuſtinendum, etiam ipſiſmet Angelicis humeris formidandum, à Deo vocatum contemplabitur? Et ſpectat hæc præſentis editio nova libelli. (Religioſe Lector) ut tibi, ſcilicet, ad tam ſublimes qualitates, parteſque viam aperiat, & quaſi manu te deducat, & introducat ad hoc ſanctuarium, ſicque finem, huic tuo ſtatui tam alto, tamque ſancto maximè congruum, valeas adipiſci. Hòcce ergo noſtrum qualecumque ſtudiū in coacervando, concinnandòve præſenti opere, colligendo, tuiſque uſibus, & commodis deſtinato, ut ſacra munia dignè, & laudabiliter, ut par

Digitized by Google

eſt, exequi valeas boni quæſo, conſule, æquoque animo ſuſcipe, quod (quamcumque tandem in partem rapiatur) ab animo certè ſinceræ pietatis, tuique progreſſus ſpiritualis ſtudioſo profectum crede, ad majorem ejus honorem; Cui ſervire regnare eſt, (ut teſtatur ſanctiſſimus Eccleſiæ Doctor, & Pontifex ſummus, Gregorius Magnus;) Cuique Laus, & Gloria, per infinita ſæculorum ſæcula. Amen.

Digitized by Google

PIA AC BREVIS

Chriſtiani Sacerdotis Præparatio, pro Miſſæ Celebratione religioſe exequenda.

SACERDOS qui ad ſacrum altaris miniſterium ſecure accedere (quantum humana fert fragilitas) deſiderat, & Domini JESU Chriſti Corpus, & Sanguinem conſacrare, tota devotione ſtudere debet, ut aliqua obſervet ante Miſſam, quædam in Miſſa; quædam vero poſt Miſſam.

ANTE MISSAM

habenda ſunt tria.

Intentionis diſcuſſio. Generalis contritio. Pura confeſſio.

Primo. Intentionis diſcuſſio.

Ne vana gloria celebret,

ſcilicet , ut videatur devotus, & laudetur ab auditoribus, ſed pura , ac religioſa intentione ad Dei omnipotentis gloriam, & honorem , Eccleſiæque utilitatem .

Ne ex auaritia, ſcilicet, propter lucrum temporale , nam hæc eſt magna iniquitas .

Ne ex conſuetudine , ideſt, ſine mentis diſcuſſione .

Ne ex timore , ideſt , ne ſit reprehenſibilis , aut à Prælato punitus .

Ne ex verecundia , ideſt, ne videatur indevotus , & aliis diſſimilis .

Generalis contritio .

De omiſſis , quæ facere debuit, potuit, & non fecit.

De commiſſis , quæ facere non debuit .

De conſuetis , & ſæpe confeſſis .

Pura , & vera confeſſio .

Notabilium, Communium , Ignoratorum criminum , corde, ore, & opere . *Di-*

Digitized by Google

Diligens præparatio.

Circa decentem omnium veſtium ſacerdotalium exhibitionem, ut ſcilicet, ſint benedictæ, ſive conſecratæ omnes, nulla defficiente, mundæ, & honeſtæ, ac decenter aptatæ, ne videantur induſium, & collaria.

Circa opportunam loci electionem, ſcilicet, Eccleſiæ, vel loci honeſti, & ſacri.

Circa diligenté altaris ornationem, ſcilicet, cum lapide integro, & conſecrato: duabus mundis mappis de lino puro ad minus.

Circa præcipuam calicis, & corporalis mundificationem. Nam hoc ſacramentum puriſſimum eſt, in quo eſt filius Dei Patris, & intemeratæ Virginis.

Circa congruam materiæ præparationem, ideſt, panem triticeum, vinum vitis bonum, aquam naturalem, & mundam.

Circa aſſiſtentis miſſalis inſpectionem .

Circa continuam cerei illuminationem .

Circa devotam ſervitoris , vel miniſtri adminiſtrationē .

Circa debitam horarum conſiderationem, ſcilicet , ab aurora uſque ad nonam , & ſi ante , vel ultra , niſi in die Natalis Domini , vel ex ſpeciali indultu .

Circa integram jejunii naturalis obſervationem, vt ſcilicet , nihil per modum cibi , & potus , vel aliter ſumptum fuerit .

Circa corporalem mundiciam,quæ maculatur per pollutionem, ſi ei causā dederit .

Devota animæ diſpoſitio .

Cum plenitudine fidei : ſcilicet,firmiter credendo in hoc mirabili Sacramento eſſe corpus Chriſti per tranſubſtantiationem , animam Chriſti per naturalem colligationem,

Di-

Divinitatem Chriſti per inſeparabilem unionem.

Cum firmitate ſpei: ſcilicet, divinæ pietatis, quod ex perceptione cæleſtium munerum habebit cæleſtes theſauros.

Cum ardore charitatis. Nā ad Sacramentum amoris, non niſi cum ardore charitatis accedere debet.

Cum pace unitatis Eccleſiæ: ſcilicet, ne ſit excomunicatus, ſchiſmaticus, vel hæreticus, ſed Catholicæ Eccleſiæ realiter unitus.

Cū memoria paſſionis Chriſti, ipſe enim Chriſtus venerabile hoc Sacramentum in ſuæ paſſionis memoriam inſtituit:

Cum in dignitate ſui: ſcilicet, ut quantum poteſt ad tantum Sacramentum ſuſcipiendum, ſe indignum exiſtimet.

Cum puritate conſcientiæ: ne forte in eo ſit aliquid quod

Digitized by Google

oculum divinæ majeſtatis offendat.

Cum ferventi deſiderio: ſcilicet, avide, & deſideranter ad tam ſuaviſſimum convivium accedat.

Cum actuali devotione, per devotas lachrymas, quaſi ſuiipſius ſacrificium offerendo domino Deo, Beatæ Virgini, ſanctis Angelis, ſancto, vel ſanctæ, cujus feſtum eo die celebratur.

Per ferventes orationes ante Miſſam devote per ſe dicendas.

Prævia intentio.

Ut intendat in Miſſa Deum per lachrymas humiliter placare.

Corpus, & ſanguinē Chriſti cum omni diligentia conſecrare.

Mortem Chriſti, & ejus immenſam charitatem memorare.

Totam Eccleſiam reverenter

ter adjuvare, & conconcorditer adunare.

Amoroſa affectio.

Ut deſideret conſequi ex celebratione Miſſæ augmentum ſuaviſſimæ devotionis,

Incrementum ardentiſſimæ Dei, & proximi dilectionis.

Inſeparabilitatem ferventiſſimæ catholicæ unionis.

Accelerationem fœlicisſimæ Divinæ unionis.

IN MISSA EXTRA CANONEM.

Diſcretio in legenda.

Ne nimis clamoſe, ne ſcilicet, alios perturbet.

Ne nimis depreſſe, ut à circumſtantibus audiatur.

Ne nimis feſtine, ut ab omnibus intelligatur.

Sed diſtincte, canore, & devote legat.

Maturitas in exequendo.

Ne ſit curioſus in circumſpiciendo.

Digitized by Google

Ne leuis in ſe movendo.

Ne inurbanus in inclinando.

Ne tædioſus in prolungando.

Ne nimis feſtinus in terminando.

Sed devotus, exemplaris, & circumſpectus.

In Canone recordatio vivorum.

Sui ipſius, ſcilicet, ut eum faciat idoneum miniſtrũ tanti Sacramenti, & anima, & corpore in omnibus dirigat, & ad æternam ſalutem perducat.

Parentum carnalium, & ſpiritualium, ut eis neceſſaria in hoc mundo tribuat, & ad vitam æternam eos conducat.

Benefactorum, & orationibus commiſſorum, iuxta eorum pia deſideria ad ſalutem animæ, & corporis.

Inimicorum, ut Deus illos illu-

Digitized by Google

illuminet, & peccata dimittat, ac ſe ab eorum inſidiis liberet.

Infidelium, ut ad rectam fidem eos Deus convertat.

Pacis Eccleſiæ, & dominii in quo eſt.

Petitionum, quas proponit Deo exponere.

Recordatio defunctorum.

Parentum, & propinquorum.

Fratrum, & ſororum.

Animarum nobis commiſſarum pro quibus eleemoſynas recipimus, vel ſumus recepturi.

Animarum omnium benefactorum.

Animarum omnium in purgatorio exiſtentium fidelium.

Præcipua diligentia.

Ad conficiendum, quia ibi ſunt magna ſigna.

Majora verbis, ipſa devote, & diſtincte dicendo.

Ma-

Digitized by Google

Maxima intentione , attentionem conſecrandi pro viribus applicando .

Præcipua reverentia .

Ad tangendum propter continentiam excellentis Corporis Chriſti .

Eccellentioris animæ .

Eccellentiſſimæ divinitatis .

Præcipua devotio .

Ad ſumendum tantum Sacramentum , ipſum cum diſcretione , & modeſtia , reverenter ſumendo .

Non in maſticando , ſed levius lingua movendo .

Interiori affectu , panem angelorũ ſuaviter guſtando .

POST MISSAM.

Humillima gratiarum actio .

Propter majeſtatem hoſpitis excellentiſſimi , ſuæ animæ hoſpitium ingreſſi .

Speciales orationes poſt communionẽ attente dicendæ

Ex-

Digitized by Google

Excellentiam tanti ſacramenti deuote meditando.

Deo pro ſuſcepto munere ſemper fideliter gratias agẽdo

Bonorum operum executio.

Ex deſiderio gratiæ, quæ in hoc Sacramẽto ſuſcipitur.

Ne ſubito poſt communionem corporalem cibum ſumat, ut dicit Clemens Papa.

Ne citò poſt communionem in loco indecenti ſpuat.

Ne ſæcularibus nugis, & negotiis ſe implicet.

Ne otioſus aliquo pacto inveniatur.

Ne ſine aliqua devota lectione diu permaneat.

Hæc ferventer, ſolicite, devote, & amanter ſunt ruminanda.

SCINTILLÆ ANIMÆ
amantis Deum flammigeræ.

DEUS meus pulchritudo oculorum meorum ſatie-

tas

tas cordis nunquid non ſufficis amanti? Quid extra te evagamur? quid aliud deſideramus?

Eja quæſo vulnera animam meam o ſpecioſiſſime, o delicioſiſſime, vulnera animam meam amoris tui jaculo, imple omnia deſideria mea, ut nihil me extra te delectet, nihil afficiat, te ſolum in omni creatura diligam, ad te æſtuantiſſimis deſideriis ſemper anhelem, & caſtiſſimo amore te ſolum omni momento cogitem.

O Domine JESU, incende cor meum tui amore ſanctiſſimo ac fideliſſimo.

O utinam amore tui ardeam. O utinam amore tui langueam.

O amantiſſime JESU, da mihi continuum amoris tui incendium, trahe me poſt te, curram & non deficiam.

Quemadmodum deſiderat

cervus ad fontes aquarum, ita quæſo ſitiat anima mea ad te Deus meus.

Da mihi benigniſſime Jeſu inſatiabile, & immenſum deſiderium tui, quod nulla creatura conſolari poſſit.

O amabiliſſime Domine Jeſu Chriſte, electiſſime ſponſe animæ meæ: obſecro te per cor tuum, & lancea transfixū, & amoris vulnere vulneratū, transfige, vulnera, perfunde, & inflamma cor meum amoris tui incendio, tam valido, ut ex toto corde meo, hoc eſt, pleno deſiderio, & perfecta voluntate te diligam te quæram, te intendam in omnibus, & ſuper omnia.

Diligam te Domine Deus meus ex tota anima mea, ut omnes ſenſus meos in te convertam, & tibi ſoli intendam.

Diligam te ex tota mente, ut intellectum, & memoriam

meam

meam in te ſolo , & ad gloriam tuam occupem , tibique ſoli inhæream .

Diligam te ex omnibus viribus meis , & omnes illas , & animæ , & corporis in tui laudem, amorem, ac beneplacitum tuum expendam . Diligam te Domine Deus meus , ut tu ſolus me totũ poſſideas , ut me totum in te abſorbeas , atque transformes .

Domine Jeſu Chriſte fili Dei vivi , da mihi toto corde, pleno deſiderio , ſitiente anima ad te aſpirare , in te dulciſſimo , atque ſuaviſſimo reſpirare , ac totum ſpiritum , meum , & omnia interiora ad te, qui es vera beatitudo, ſemper anhelare .

Da mihi ut omnis creatura mihi vileſcat, & nihil me afficiat, nihil mihi placeat niſi tu.

Dulcis Jeſu , vulnera , & accende cor meum tui amore caſtiſſimo .

Tra-

Trahe omnia deſideria mea poſt te, ut te ſolum anima mea eſuriat, ſitiat, te ſolum concupiſcat, ad te indeſinenter ſuſpiret, & currat, tuique amore langueat, & mundana omnia faſtidiat.

Dulcis Jeſu, imple cor meũ caſtiſſimis deſideriis, quibus anima mea tui amore ſemper ardeat, & te ſemper cogitans præter te aliud neſciat.

O utinam tu ſolus cordi meo dulceſcas, tu ſolus mihi placeas ſuaviſſime Jeſu.

Heu Domine Deus meus, quando perfecte diligam te? Quando conſtringam te dulciter, o vita mea inter brachia animæ meæ.

Quando amplexabuntur te, o dulciſſime amator, omnia deſideria cordis mei?

O Domine Deus, utinam meipſum, & univerſum mundum tui amore perfecte contemnam.

Uti-

Digitized by Google

Utinā anima mea tui amore liqueſiat. Utinam in te rapiatur, & abſorbeatur.

Suaviſſime, & deſiderabiliſſime te ſolum deſidero, te ſolum concupiſco.

Redde te mihi, & poſſide me tibi. Atque utinam te ſolum vere, & perfecte deſiderem.

Quouſque arida eſt anima mea, aquas ſitiens alienas? Oh imple eam ardore æſtuantiſſimæ charitatis, ut ſitiat ad te Domine Deus meus.

Amabiliſſime Jeſu, utinam vero, & perpetuo amplexu cordis conſtringere te merear.

Dulcis, & ſpecioſe, quam amabilis es, cur non amo te? Potes ne hoc tu ſuſtinere benegniſsime creator, quod aliqua creatura non diligat te? Quæſo ſuaviſsime Domine, in me hoc non ſuſtineas, ſed irrumpas in cor meum, & vim facias mihi potentiſsime.

Digitized by Google

O violentiam ſuaviſſimam, quando vim patiar? Jeſu bone rapias tibi ſpiritum meum, & infunde mihi ſpiritũ tuum.

Deus meus, quam bene mihi eſſet, ſi diligerem te. Et quantæ prudentiæ eſt amare te, quantæ ſuavitatis quieſcere in te, quantæ utilitatis poſſidere te?

Dulcis Jeſu da mihi illas divitias, hoc eſt teipſum, & in cęteris omnibus ſim pauper. Fac me pauperem ſpiritu, ut non quæram aliud niſi te.

O adorande, colende, metuende, omnipotens, ſempiterne Deus. O amator ardentiſſime, o zelator fideliſſime, quando redamabo te?

O quando me totum exibo, & totus in te introibo? Utinam meipſum totum relinquam, & in te me totum effundam.

Excita cor meum, ut inve-

veniam te, poſſide cor meum, ut requieſcam in te,& oblivi-ſcar omnium , quæ ſunt ex-tra te.

Nobiliſſime Jeſu , quam pulcher , quam amabilis , quam ſpecioſus , quam ſua-vis es tu. Beati omnes , qui diligunt te.

Benigniſſime , & amabiliſ-ſime Jeſu , tu cordis mei the-ſaurus , & unicum gaudium, da mihi vt medullitus exeam, & relinquam me ipſum , & æſtuantiſſimis deſideriis ad te ſemper aſpirem.

O lumen verum , o vita in-deficiens , ò amor ſemper ar-dens, da mihi mundo, & car-ni perfectè mori , & omnium rerum temporalium funditus oblivisci , ut pro illis neque gaudeam, neque doleam, ne-que aliud præter te amatorē meum ſentiam. Altiſſime, po-tentiſſime , pulcherrime , no-biliſſime , dulciſſime , beni-

guiſ-

gniſsime, amabiliſsime, deſiderabiliſsime, ſuaviſſime Domine, veni, & viſita me, & fac tibi cor meũ ſecundum cor tuum, ut maneas ſemper mecum.

Suſcipe me tibi, & da te mihi. Fac me tibi indiſſolubili vinculo amoris colligari, ut neq; mors neq; vita poſsint nos ad momentum ſeparare.

Domine Ieſu, fac me cognoſcere vilitatem meam, & majeſtatem, ac bonitatem tuam, ut inde in me creſcat profundiſsima humilitas, & hinc accendatur perfectiſſima charitas.

Clementiſſime Ieſu, cum tu aliud nihil imperes, & illud unum ego deſiderem, videlicet, diligere te ex toto corde meo, tibique placere in omnibus, & ſuper omnia: heu cur hoc in me non impletur?

Amantiſsime Ieſu, cum ego

nihil boni deſiderare, quanto minus agere poſſum, niſi quod gratia tua mihi deſiderandum aut agendum inſpiraverit : quod ergo inſpiras, quod præcipis, quod laudas, infunde mihi, ut velim, & perficiam.

Diligam igitur te Domine Deus meus, ex omnibus medullis animæ meæ, & faciam omnem voluntatem, & omne beneplacitum tuum, quia Deus meus es tu.

Eia miſericordiſsime Ieſu, nunc eadem repeto : Noli mihi negare, quod tu mandas quod tibi acceptum, & mihi eſt deſideratiſsimum, nec eſſet, niſi tu faceres, deſideratiſsimum.

Imple ergo cor meum perfectiſsima, ardentiſsima, fideliſsima, atque perpetua charitate, ut quicquid ſum & poſſum, & quæcunque intra, & circa me ſunt, colant, quærant,

Digitized by Google

rant, ſitiant, diligant, & ſerviantque, & placeant tibi perpetuo, & perfectiſsime.

Domine Ieſu Chriſte, oſtende virtutem, & potentiam tuam in me miſerrimo peccatore, oſtende quod major eſt bonitas tua, quam malitia mea.

Fac, ut qui hactenus à te totus averſus, & frigidus fui, nunc convertar ad te totus, & tui amoris flamma in te transformer accenſus.

Deus meus, Creator meus, uſquequo non cognoſco te? Quamdiu lates, & non requiro te? Imo præſto es, & non invenio te. Tu ſalus mea unica es, & non quæro te?

Ergo amantiſsime, fideliſsimeque zelator, qui cum non eſſem diligebas me, & ut eſſem, tu feciſti me, da mihi ut deſiderem te, ſitiam te, quæram te, curram poſt te, non quieſcam donec inveniam te,

& præ amore tui , cætera omnia faſtidiam extra te .

Aſpirationes hæ ſæpius ſunt repetendæ : ſi tibi illæ , aut aliæ cordi fuerint , & ejuſmodi ex animo deſideraveris,non erunt otioſa deſideria tua .

O benignisſime Domine Ieſu Chriſte , da mihi ut totus diligam te ferventiſsime . O fideliſsime Domine Ieſu Chriſte , da mihi ut ſentiam, quam immenſa charitate nos dilexiſti, & diligis .

O dulciſsime Domine Ieſu Chriſte,quam libenter te amarem . Et quia ut hoc velim, tu dediſti, da ergo ut diligam te ex toto corde meo , quia ſine te nihil poſſum .

Dulcis Ieſu , ignoſce vilitati ac temeritati meæ , quæ peto, & da quod rogo .

Fac me caſtiſsimo ardentiſsimoque tui amore igniri , in te rapi ac abſorberi,ac omnium , quæ extra te ſunt, obliviſci .

O

O amor cordis mei, da mihi moriar tui amore.

O amabiliſsime Ieſu, da mihi amorem erga te fideliſſimum, ſtrenuiſsimum, caſtiſsimum atque puriſsimum, qui inceſſanter te ſentiat, te laudet, tibi gratias agat, tibi obediat, tui honorem ardentiſsime ſitiat, & totum ſe tibi impendat.

O Ieſu pro me crucifixe, transforma quæſo me in te, & fac ut clavis amoris inavertibiliter ſim crucifixus in te.

Fac ut placeam tibi totus, ſemper, & perfectiſsime. O Ieſu amabiliſsime, o amator fideliſsime, o amator delitioſiſsime, utinam totus tui amore merear inebriari.

O quando videbo te facie ad faciem? O utinam tui amore in te abſorberi merear.

Utinam incendio amoris tui in te conflari, tibi uniri, & in te conſumi merear.

Dulcis Ieſu age mecum , & fac me ita , ut ultra nequeam te offendere , ut tibi ultra non poſſim diſplicere.

Deſiderabiliſſime Ieſu ; da mihi deſiderium tui , ut vivere ſine te nequeam , & amore tui langueam . Eſuriat , & ſitiat ad te anima mea ; vivat & ſubſiſtat in te ſolo anima mea . Requieſcat in te uno mens mea .

Pie Ieſu imple me charitate tua , & perfectiſſima humilitate . Sic tui amore ſemper perfectiſſimaque charitate ardeam , ut vilitatem meam ſimul attendere non deſinam .

Ego peccator ſum, tu Deus meus, tu mihi omnia es . In manus tuas commendo ſpiritum meum , ac totum meipſum . Amen .

FA-

AFFECTUS EX DIVINIS Literis, & Sanctis Patribus collecti, quibus animus Sacedotis ad piè, ferventerque celebrandum diſponatur.

Facilis devotè Celebrandi formula.

SAnctus Thomas, Sanctus Bonaventura, & poſt eos plurimi hac de re longiores Tractatus ediderunt. Pauca hæc inſtar multorum erunt, in tria tempora ſecundum præcipuos affectus deſtributa.

ANTE MISSAM.

NON deſunt, qui plures proponant affectus, qui tametsi omnes piè, utilitèrquè excitari poſſunt tres tamen iſti præcipui cenſendi ſunt. Directio intentionis, Contritio cordis, Excitatio deſiderii, & amoris. Hi omnes

Digitized by Google

quemadmodum & ij, qui ſunt poſt Miſſam, per ſingulos hebdomadæ dies, ut infra patebit, commutari poterunt, niſi quòd unica traditur initiò Intentionis Directio, quæ quotidie eadem uſui eſſe poſſit.

IN MISSA.

CUM iis, quæ in divina Liturgia peraguntur, nihil poſſit fingi majus nihil auguſtius iuuerit eorum myſteriorum, quæ in ea tractantur; ſemel animo comprehenſam habere rationem, ſenſuſque reconditos, de quibus non pauci ſcripſerunt: tum in iis, dum ſacrificium peragitur; mentem feriò defigere. Tres autem omnino divinæ hujus actionis comites eſſe neceſſe eſt, Reverentiam, Attentionem, Devotionem. Reverentia motus omnes exteriores componit, ut modeſtè, gravi-

vi-

viter,decentèrque fiant prout inter frequentes Angelorum cœtus ; atque ſub oculis divinæ Majeſtatis verſari æquum eſt. Attentio mentem retinet ne dilibatur, & circum aliena defluat, atque intra ea, quæ aguntur, coërcet. Devotio voluntatem inflammat,ne ad hæc ſacra languidè, atque ex conſuetudine, ſed novo ſemper cum fervore, Deique placandi, colendi, propitiandique ſtudio accedat.

POST MISSAM.

TRes affectus ſequentes Sacrificium excipient,Gratiarum actio, & Vox laudis: Oblatio ſui: atque Petitio: quos item per ſingulos hebdomadæ dies variare fortè erit operæ prætium, vt ſatietas, ac languor, quæ conſuetudine aluntur, evitentur.

Digitized by Google

DIRECTIO INTENTIONIS UBERIOR

Faciendà pro commodo Sacerdotis .

DEus cœli, & Terræ, Rex Regum, & Domine Dominantium, ego N. indignus tuus, & Eccleſiæ tuæ ſanctæ miniſter in unionem illius infinitæ charitatis, qua Unigenitum Filium tuum nobis dediſti; in unionem Sacrificii admirabilis, quod idē Unigenitus tuus in cœna, & in cruce conſummavit; in obedientiam illius mandati, quo ut idem in eius commemorationem faceremus admonuit, in cultum ſupremæ adorationis, quam tibi Creatori noſtro, & rerum omnium auctori debemus; in honorē,

ac

Digitized by Google

ac reverentiam ſacratiſſimæ Humanitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, in memoriam Incarnationis, Nativitatis, omniumque myſteriorum vitæ, Paſſionis, Reſurrectionis, & Aſcenſionis ipſius; in gloriam, & venerationem Sanctiſſimę Dei Genitricis Marię, omniumque Sanctorum, ac Sanctarum curię cœleſtis, in unionem intentionis ſanctæ Matris Eccleſiæ, & omnium ipſius filiorum, qui tibi Sacrificium hoc aut alia quæcunque grata opera obtulerunt, oblaturive ſunt, offero tuæ divinæ Majeſtati hoc Sacrificium, & quotquot à prima eius inſtitutione oblata ſunt, & uſque ad mundi finem offerentur, ſimulque pretium ſanguinis Chriſti Domini Redemptoris noſtri, cunctoſque labores, & cruciatus ipſius, omnia merita Sanctiſſimæ, & immaculatæ Genitricis eius,

omnem fidem iuſtorum, ſpem; charitatem, devotionem; pœnitentiam, & mortificationẽ labores, & patientiam, omnes gratiarum actiones, & laudes; quæ tibi ſive à curia tua cœleſti, ſiue ab Eccleſia militante decantantur.

Deinde in virtute, atque efficacia infinita huius Sacroſancti Myſterii gratias ago immenſæ Majeſtati tuæ pro inexhauſtis ſapientiæ, ſcientiæ, meritorum, & gloriæ theſauris, quos in Sanctiſſima filii tui Humanitate abſcondiſti; pròque pietate illa ſingulari, qua eum mihi in Patrem, ac Doctorem; in ducem, ac Redemptorem conceſſiſti.

Pro immenſis gratiarum opibus, quas in Beatiſſimam eius Matrem, quam item nobis parentem, & advocatam largiri dignatus es, contuliſti.

Pro maximis beniſiciis, quibus Sanctos Angelos, omneſque

que ſanctæ Ieruſalem cives, ac præſertim Sanctum N. quē hodie ſolemni ritu veneramur affeciſti. Pro ſingulari beneficiorum copia, qua eos reples, quos efficaci gratia per totam Eccleſiam ad perfectionem evehis; & ad tuam dulciſſimam familiaritatem admittis.

Gratias item ago, clementiſſime Pater, toto conatu mētis meæ pro hac eximia miſericordia, qua me è miſeriis ſæculi erutum ad hunc perfectionis ſtatum, in quo tibi ſervio, adeòque ad hunc altiſſimum Sacerdotii gradum evexiſti; pro talentis, ac donis omnibus tum naturalibus, tum ſupernaturalibus mihi ſervorum tuorum indigniſſimo collatis; pro hac viciſſitudine conſolationum, & deſolationum, quibus vitam meam admirabili providentia texis; pro omnibus bonis,

quæ à te iis collata ſunt, quibus ego vel vinculo carnis, vel ex ſocietate ſpiritus aliquid debeo.

Ac quoniam me indignum famulum tuum legatione fungi apud te voluiſti, præceptis ſalutaribus monitus, & divina inſtitutione formatus audeo coram infinita Majeſtate tua cor meum effundere, tibique pro omnibus, pro quibus me orare iuſſiſti, Unigeniti tui merita repræſentare.

Reſpice igitur, benigniſsime miſerationum Pater, Eccleſiam tuam, ſponſam tuam; auge in ea puritatem fidei, & munditiem ſanctitatis, eamque labore virorum Apoſtolicorum per totum terrarum orbem diffunde; hoſtium eius elide ſuperbiam, & populos à fide alienos veritatis tuæ ſplendore colluſtra, ne pereant tot imagines tuæ, tot animæ, pro quibus pretioſus

Filii

Digitized by Google

Filii tui ſanguis effuſus eſt neve inſultet inimicus nomini tuo magno, & dicat; Prævalui adverſus eas. (*Pſal.* 12. 3. *Reg.* 3.)

Da ſummo Pontifici noſtro N. cor docile, da Sancti Spiritus abundantiam ut poſsit verbo, & exemplo regere populum tuum magnum.

Intende oculos miſericordiæ tuæ in univerſos Eccleſiæ Præſules, ac Paſtores; fac eos ſuper gregem ſibi commiſſum fideliter excubare.

Da univerſis, quos in Clerum, & partem tuam cooptare dignatus es, morum integritatem, & vitæ ſanctimoniam ad gloriam nominis tui & honorem miniſterii ſui. Ac præſertim ſuper electam ſortem tuam ac Religioſos Ordines omnes largum tuæ benedictionis rorem effunde; auge in eis cultum nominis tui, ſpiritum excita, fervorem accende.

Suſ-

Suſcita in Eccleſia tua operarios inconfuſibiles, qui eam & verbo fideliter paſcant, & exemplo confirment. Fiat in eis Domine, ſpiritus tuus duplex; da eis rectam ad te mentis intentionem, zeli ſinceritatem, contemptum ſui, animi robur, virtutis conſtantiam.

Da verbum evangelizantibus virtute multa, ut omnes gentes quaſcunque feciſti veniant, & adorent coram te, Domine, & glorificent nomen ſanctum tuum (*Pſal.* 67. *Pſal.* 85.

Supplico etiam tibi, Domine, Princeps Regum terræ, pro cunctis Regibus, ac Principibus Chriſtianis, ac potiſſimum pro N. N. noſtro, ut eis tribuas perſeverantem in obedientia fidei, & Eccleſiæ tuæ ſanctæ famulatum, in ea tuenda conſtantiam, conſilii donum, iuſtitiæ zelum, ſubdito-

Digitized by Google

ditorum curam, bonorum amorem, & perfectam cum tua voluntate concordiam. Da terrorem eorum ſuper improbos, & ſuper quietos amorem, atque obſervantiam.

Supplico tibi, Domine, pro omni *Eccleſiæ ſtatu*, pro Magiſtratibus, Iudicibus, coniugibus, viduis, virginibus; da eis abundantiam gratiæ tuæ, ut tibi in ea vocatione, in qua vocati ſunt, digne & laudabiliter famulentur. Præſta virginibus caſtitatem, Deo dicatis continentiam, coniugatis ſanctimoniam, pœnitentibus indulgentiam, viduis, & orphanis ſuſtentationem, pauperibus protectioné, peregrinantibus reditum, navigantibus in portum redire ſalutis; optimis vt in bonitate conſiſtant, bonis, & mediocribus ut meliores fiant, pravè agentibus, ac delinquentibus ut citò ſe corrigant.

Offe-

Offero etiam divinæ pietati tuæ omnes ęgrotos, tentatos, tribulatos, & in aliqua neceſſitate, præſertim extremam, aut gravi conſtitutos, ut eis pro miſericordia tua infinita ſubvenias, prout ad illorum ſalutem, ac gloriam tuam expedit.

Ac quoniam Unigenitus tuus in diebus carnis ſuæ pro inimicis ſuis clamore valido ſupplicans exauditus eſt noſque pro iis pariter orare præcipit, toto corde ante tribunal tuum proſtratus jaceo ut inimicis meis ſive communibus, ſive privatis dimittas quicquid in me admiſerint, & eorum pectora vero illo, quē Dominus Ieſus venit mittere in terram, charitatis tuæ igne ſuccendas. (*Heb*.5. *Mat*.12.)

Recordare, benigniſsime Domine, eorum omnium, qui in peccato mortali verſantur, qui non vis mortem peccato-

ris,

ris, ſed magis ut convertatur, & vivat (*Ez.* 33.) Scis, Domine, eos ſine gratia tua converti non poſſe. Supplico proinde infinitæ pietati tuæ ut eis concedas auxilium efficax, quo ad veram pœnitentiam trahantur, atque iterum vivis myſtici tui corporis membris uniantur.

Reſpice ad animas tuo ſanguine redemptas, quæ purgatorii flammis expiantur, & earum pœnas optato miſericordiæ tuæ imbre reſtingue.

Da eis Angelorum conſolationem, dolorum refrigerium, & citò purgatas in conſpectum tuum, & in ſinum beatæ æternitatis admitte.

Denique quoniam in hoc admirabili myſterio opes omnes meas concluſiſti, accedo ad te clementiſsime Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, tanquam ad unicum refugium meum, ſpem, &

con-

conſolationem meam , & ef-
fundo cor meum in conſpe-
ctu tuo; tibique hoc ſacroſan-
ctum Sacrificium offero in
actionem gratiarum pro om-
nibus beneficiis à te mihi col-
latis ab inſtanti conceptionis
meæ , quorum numerus, men-
ſura , & pondus apud te ſo-
lum eſt ; ac præſertim pro hac
vocatione Religioſa , & Sa-
cerdotali dignitate . Suppleat
tenuitatem meam virtus infi-
nita huius Sacrificii . Reſpice
in faciem Chriſti tui , & quas
pro indigniſsimo ſervo gra-
tias offert , benignus admitte.

Audi etiam voces ipſius
pro univerſis peccatis vitæ
meæ, & ipſius meritis condo-
na quod Indignitati ſatisfa-
ctionum mearum non debe-
tur . Verè enim Pater , pec-
cavi in cœlum , & coram te ,
& multiplicatæ ſunt iniqui-
tates meæ ſuper numerum a-
renæ maris; ſed copioſa eſt a-
pud

pud ipſum redemptio, & miſerationes tuæ ſuper omnia opera tua. (*Luc.* 15. *Pſal.* 138 *Pſal.* 129. *Pſal.* 144. *Hæbr.* 12. *Pſal.* 50.)

Audi ſauguinem filii tui melius loquentem quàm Abel, & in virtute oblationis huius miſerere clienti ipſius ſecundùm magnam miſericordiam tuam. Da mihi Domine, in propoſito conſtantiam; auge in me fidem, ſpem, charitatem, paupertatem, caſtitatem, obedientiam, & reliquas virtutes ſtatui meo neceſſarias. Dirige me in via tua; ego enim ſum puer paruulus ignorans introitum, & exitum meum. (3. *Reg.* 3.) Da mihi de te ſentire ut debeo, & pro amore tuo terrena omnia faſtidire. Da mihi cor pœnitentia compunctum, fiducia latum, charitate ſucceuſum; erga te ſummiſſum, erga parentes pium, erga majo-

jores devotum, erga Prælatos ſubjectum, erga benefactores gratum, erga amicos affabile, erga egentes miſericors; in proſperis humile, in aduerſis forte, in factis ſimplex, in dictis verum, in cogitationibus rectum. Aufer à me quicquid oculis tuæ Majeſtatis diſplicet, & qualem me eſſe deſideras, quia tu ſolus id potes, eſſe concede.

Eadem ratione, & formam offero, & rogo pro parentibus meis, fratribus, neceſſariis, amicis, & jis, quibus aliquid debeo, ac præſertim pro N. N. pro quibus nominatim orare conſtitui; ac denique pro jis omnibus, qui mei memoriam faciunt in ſuis orationibus, vel meis quamvis indignis ſe commendaverunt. Da quod ipſis maximè expedit juxta eorum ſtatum, & conditionem, exaudi eorum preces, vota imple, neceſ-

ceſsitatibus ſubveni; eſto eorum præmium, & merces, ut ſimul omnes occurramus vultui tuo, & victricem manum tuam laudemus pariter in ſæcula ſæculorum. (*Sap.* 10.) Amen.

DI-

Digitized by Google

DIRECTIO intentionis brevior quotidie facienda.

EGo volo celebrare Miſſam, & coficere Corpus, & Sanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti, iuxta ritum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ; ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, totiuſq; Curiæ triumphantis; ad utilitatem meam, totiuſque Curiæ militantis; pro omnibus, qui ſe commendaverunt orationibus meis in genere, & in ſpecie, & pro felici ſtatu ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Amen.

Gaudium cum pace, emendationem vitæ, ſpatium veræ pœnitentiæ, gratiam, & conſolationem ſancti Spiritus, perſeverantiam in bonis operibus tribuat nobis omnipotens, & miſericors Dominus. Amen.

DIE

DIE DOMINICA

Ad Deum accedam ut

REGEM

ANTE MISSAM

Directio Intentionis

Deus cœli, & terræ. fol. 34.
Ego volo celebrare Miſſ. fol. 48.

CONTRITIO CORDIS.

EXaudi, exaudi, exaudi me, Deus meus, Dominus meus, Rex meus, Pater meus, cauſa mea, ſpes mea, res mea, honor meus, domus mea, patria mea, ſalus mea, lux mea, vita mea; exaudi, exaudi, exaudi me more illo tuo paucis notiſſimo (*D. Aug. Soliloq. à lib. 1.*) Iam te ſolum amo, te ſolum ſequor, te ſolum quæro, tibi ſoli ſervire paratus ſum, quia tu ſolus juſtè dominaris, tui juris eſſe cupio.

Digitized by Google

Iube quęſo, itaque impera quidquid vis, ſed ſana, & aperi aures meas, quibus voces tuas audiam. Sana, & aperi oculos meos, quibus nutus tuos videam. Expelle à me inſaniam ut cognoſcam te. Dic mihi qua attendam, ut aſpiciam te, & omnia me ſpero, quæ juſſeris eſſe facturum. Recipe oro fugitivum tuum, Domine clementiſſime pater. Iam jam ſatis pœnas dederim; ſatis inimicis meis, quos ſub pedibus habes, ſervierim; ſatis fuerim fallaciarum ludibrium. Accipe me ab iſtis fugientem famulum tuum, quia & iſti me quando à te fugiebam acceperunt alienum. Ad te mihi redeundum eſſe ſentio Parceat mihi pulſanti janua tua. Quomodo ad te perveniam, doce me. Nihil aliud ſcio niſi fluxa, & caduca ſpernenda eſſe. Hoc facio, pater, quia hoc ſolum novi: ſed

ſed unde ad te perveniatur, ignoro. Tu mihi ſuggere, tu oſtende, tu viaticum præbe. Si fide te inveniunt qui ad te refugiunt, fidem da: ſi virtute, virtutem; ſi ſcientia ſcientiam. Auge in me fidem, auge ſpem, auge charitatem.

O admiranda, & ſingularis bonitas, ad te ambio, & quibus rebus ad te ambiatur à te rurſum peto. Tu enim ſi deſeris, peritur hic, ſed non deſeris, quia tu es ſummum bonum, quod nemo recte quęſivit, & minimè invenit.

DESIDERIUM, ET AMOR.

ET nunc oro, Domine mi Rex, loquatur ſervus tuus verbum in auribus tuis, & ne iraſcaris famulo tuo. (*Gen.* 44.) Tu, Domine, immolaſti victimas tuas, miſcuiſti vinum, & propoſuiſti menſam tuam, miſiſti ancillas tuas ut

vocarent ad arcem , ſi quis eſſet parvulus, veniret ad te . (*Prov.9. Cant.5.*) Tu dixiſti: egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate , quo coronavit eum Mater ſua , in die deſponſationis ejus, in die lætitiæ cordis ejus. (*Luc.14.*) Exi citò in plateas, & vicos civitatis , & pauperes, ac debiles , & cæcos, & claudos introduc huc, & compelle intrare , ut impleatur domus mea. (*Luc.14.*) Ne igitur avertas à famulo tuo, & dicas: Non videbis faciem meam . (2. *Reg.* 14.) Oſtende te mihi , Conſolator meus : Videam te , Lumen oculorum meorum . Veni gaudium ſpiritus mei . Videam te , lætitia cordis mei . Diligam te, vita animæ meæ. Appare mihi , delectatio mea magna , ſolatium meum dulce, Domine Deus meus , vita mea : & gloria tota animæ meæ.

meæ. Inveniam te, deſiderium cordis mei. Teneam te amor animæ meæ. (S. *Aug. Soliloq. B.V. cap.* 1.) Diligam te, Domine, fortitudo mea: Domine firmamentum meum, & refugium meũ, liberator meus. (*Pſalm.* 17.) Amem te, Deus meus, adjutor meus, turris fortitudinis mihi, & ſpes mea dulcis in tribulatione mea. Amplectar te bonum, ſine quo nihil bonum: fruar te optimo, ſine quo nihil eſt optimum. Aperi penetralia aurium mearum verbo penetrabiliori omni gladio ancipiti, ut audiam vocem tuam. Intona, Domine, deſuper voce grandi, & forti. Tonet mare, & plenitudo ejus: commoveatur terra & omnia, quæ in eis ſunt.

Digitized by Google

POST MISSAM
Gratiarum actio, & Vox laudis.

EXaltabo te, Deus meus Rex, & benedicam nomini tuo in ſæculum, & in ſæculum ſæculi. (*Pſal.* 144.) Per ſingulos dies benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in ſæculum, & in ſæculum ſæculi. Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis ejus non eſt finis. (*Pſal* 47) Generatio, & generatio laudabunt opera tua, & potentiam tuam pronunciabunt. Magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ loquentur, mirabilia tua narrabunt. Memoriam abundantiæ ſuavitatis tuæ eructabunt, & juſtitia tua exultabunt. Miſerator, & miſericors Dominus, patiens & multùm miſericors. Suavis Dominus univerſis, & miſera-

ra-

rationes ejus ſuper omnia opera ejus. Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua, & Sancti tui benedicant tibi. Gloriam regni tui dicant, & potentiam tuam loquantur. (*Sanctus Augu. Medit. cap.* 18.) Tu enim es Deus meus, viuus, & verus, Rex meus magnus, Dux meus ad patriam, lux mea vera, dulcedo mea sãcta, via mea recta, ſapientia mea præclara, ſimplicitas mea pura, concordia mea pacifica, cuſtodia mea tuta, portio mea bona, ſalus mea ſempiterna, miſericordia mea magna, patientia mea robuſtiſſima, victima mea immaculata, redemptio mea ſancta, ſpes mea firma, charitas mea perfecta, reſurrectio mea vera, vita mea æterna, exultatio, & viſio mea beatiſſima, & ſine fine menſura. Te deprecor, ſupplico & rogo ut per te ambulem, ad te

perveniam, in te requieſcam qui es via, veritas, & vita, ſine qua nemo venit ad Patrem.

Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ ſuxiſti. Beata viſcera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium, & beata ubera quæ lactaverunt Chriſtum Dominum. (*Luc.* 11.)

OBLATIO.

SEd quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? (*Pſal.* 115.) Scio, Domine mi Rex, quia ex hoc quòd me feciſti, debeo tibi meipſum: & quia me redemiſti, & pro me homo factus es, deberem tibi pluſquam me ſi haberem, quantò tu major es, pro quo dediſti te ipſum. Ecce nec plus habeo, nec quod habeo dare tibi poſſum ſine te. Sed accipe me tu, & trahe me ad te, ut

tuus

Digitized by Google

tuus ſim imitatione, & dilectione, ſicut ſum conditione, & creatione. (S. *Auguſt. medit. cap.* 39.) Tuum, Domine, ſit totum id, quod vivo, & totus totum me tibi offero. Totus ſpiritus, totum cor, totum corpus, tota vita mea vivat tibi, vita mea dulcis, quoniam totum me liberaſti, ut totum me poſſideres, totum me feciſti, ut totum me rehaberes. Diligam te igitur, Domine, virtus mea. Diligam te, ineffabilis exultatio mea, & vivat jam non mihi, ſed tibi tota vita mea: quæ perierat in miſeria mea, reſuſcitata eſt in miſericordia tua, qui es Deus miſericors, & miſerator: & multæ miſericordiæ in millia his, qui diligunt nomen tuum.

PETITIO.

DEus, pater veritatis, pater ſapientiæ, pater ve-

ræ, ſummæque vitæ, pater beatitudinis, pater boni, & pulchri, pater intelligibilis lucis, pater evigilationis, atque illuminationis noſtræ, pater pignoris, quo admonemur redire ad te. Te invoco, Deus veritas in quo, & à quo, & per quem vera ſunt quæ vera ſunt omnia. Deus ſapientia in quo, & à quo, & per quẽ ſapiunt, quæ ſapiunt omnia, Deus, vera, & ſumma vis, in quo, & à quo, & per quẽ viuunt, quæ verè, ſummèque vivunt omnia. Deus beatitudo, in quo, & à quo & per quem beata ſunt omnia. Deus bonum, & pulchrum, in quo, & à quo, & per quem bona, & pulchra ſunt, quæ bona, & pulchra ſunt omnia. Deus intelligibilis lux, in quo, & per quem intelligibiliter lucent, quæ intelligibiliter lucent omnia. Deus cujus regnum eſt totus mundus, quem
ſen-

ſenſus ignorat. Deus de cujus regno lex etiam in iſta regna deſcribitur. Deus, à quo everti, cadere: in quem converti, reſurgere: in quo manere, conſiſtere eſt. Deus, à quo exire emori: in quem redire reviviſcere, in quo habitare vivere eſt. Deus, quem nemo dimittit, niſi deceptus: quem nemo quærit niſi admonitus: quem nemo invenit, niſi purgatus. Deus, quem relinquere hoc eſt quod perire: quem attendere hoc eſt quod amare: quem videre hoc eſt quod habere. Deus, cui nos fides excitat, ſpes erigit, charitas jungit. Deus qui nobis das panem vitæ. Deus per quem ſitimus potum, quo hauſto nunquam ſitimus. Deus, cui ſerviunt omnia, cui obtemperat omnis bona anima, cujus legibus rotantur poli, & curſus ſuos ſydera peragunt: Deus, à

quo manant uſque ad n
omnia bona , à quo coërce
tur vſque à nobis omnia m
la: da mihi petitionem mea
quam poſtulare docuiſti. A
veniat in me regnum tuũ ,
fugiat à me regnum Diaboli
(*Sanctus Aug. Medit. cap.* 1.
Averte à me vanitatem
mentis inconſtantiam, cord
vagationem , oris ſcurrilit
tem, oculorum elationem
ventris ingluviem , oppro
bria proximorum, ſcelera de
tractionum, curioſitatis pru
riginem , divitiarum cupidi
nem, potentatuum rapinam,
inanis gloriæ appetitum, hy
pocriſis malum , adulationis
venenum , contemptum ino
pum, oppreſſionem debilium
avaritiæ ardorem , invidiæ
rubiginem, blaſphemię morté
Reſeca in me, factor mi, teme
ritatem iniquam, pertinaciã
inquietudinem , otioſitatem
ſomnolentiam , pigritiam ,
men,

mentis hebetudinem, cordis cæcitatem, ſenſus obſtinationem, morum truculentiam, boni inobedientiam, conſilii repugnantiam, linguæ effrænationem, pauperum prædam, impotentium violentiam, innocentium calumniam, ſubditorum negligentiam, circa domeſticos ſeveritatem, adverſus familiares impietatem, erga proximos duritiem, ut occurram tibi Deo meo, & Regi meo in veritate, & in corde perfecto, & laudem te, & glorificem in ſæcula. Amen.

ANima Chriſti ſanctifica me.
Corpus Chriſti ſalva me.
Sanguinis Chriſti inebria me.
Aqua lateris Chriſti lava me.
Paſſio Chriſti conforta me.
O bone Jeſu exaudi me.
Intra tua vulnera abſconde me.
Ne permittas me ſeparari à te.

Digitized by Google

Ab hoſte maligno defende me.
In hora mortis meæ voca me.
Et jube me venire ad te.
Ut cum Sanctis tuis laudem te.
In ſæcula ſæculorum. Amen.
ANima Virginis illumina me.
Corpus Virginis cuſtodi me.
Lac Virginis paſce me.
Fletus Virginis purifica me.
Tranſitus Virginis confirma me.
O Maria, mater gratiæ intercede pro me.
Tibi in famulum ſuſcipe me.
Fac me ſemper cõfidere in te.
A malis omnibus protege me.
In hora mortis meæ adjuva me.
Et iter mihi para tutũ ad te.
Ut cum electis omnibus glorificem te.
In ſæcula ſæculorum.

Digitized by Google

DIE LVNÆ

Ad Deum accedam ut

IVDICEM

ANTE MISSAM

Directio Intentionis

Deus cœli, & terræ fol.34.
Ego volo celebrare Miſſ. fol.48.

CONTRITIO CORDIS.

DEus Deorum, Domine præſtabilis ſuper malitia: novi quia manifeſtus venies: novi quia non ſemper ſilebis: cùm in conſpectu tuo ignis exardeſcet, & in circuitu tuo tempeſtas valida ingruerit: cùm advocaveris cęlum deſuper, & terram diſcernere populum tuum. Et ecce coram tot millibus populorum nudabuntur omnes iniquitates meæ: tot agminibus

bus Angelorum patebunt univerſa ſcelera mea, non ſolùm actuum, ſed etiam cogitationum, ſimulque locutionum. Tot judicibus inops aſtabo, quot me præceſſerunt in opere bono. Tot arguentibus confundar, quot mihi præbuerunt bene vivendi exemplar. Tot convincar teſtibus, quot me monuerunt proficuis ſermonibus, ſeque imitandos juſtis dederunt actionibus. Domine mi, non ſuppetit quid dicam: nõ occurrit quid reſpondeam. (S. *Auguſt. Medit. c.* 4.) Firmamentum meum Deus, non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens. (*Pſalm.* 142.) Spes mea, non eſt in filiis hominum, quem, ſi remota pietate judicaveris, juſtum invenias. Et niſi præveneris miſerando impium, non eſt quòd glorificet pium. Salutare vultus
mei

Digitized by Google

mei Jeſus tuus, Jeſus meus, qui eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Libera me ergo à vinculis peccatorum per coæternum (flagito) unicum tibi natum: meque, cui propria merita lethalem minantur ſententiam, precioſiſſimæ ad dexteram tuam conſedentis prolis interpellatione reſtaura placatus ad vitam. (S. *Aug. medit. cap.* 5.) Quem enim alium dirigam interceſſorem tibi neſcio, niſi hunc, qui eſt propitiatio pro peccatis noſtris, qui ſedet ad dexteram tuam interpellans pro nobis. (1. *Io.* 2. *Rom.* 8.) Ecce Advocatus meus apud te Deum Patrem. Ecce Pontifex ſummus qui non alieno eget expiari ſanguine, quia proprio refulget perfuſus cruore. Ecce hoſtia ſancta beneplacens, & perfecta in odorem ſuavitatis oblata, & accepta. Ecce agnus ſine macu-

cu-

Digitized by Google

cula, qui coram ſe tondentibus obmutuit, qui alapis cæſus, ſputis illitus, opprobriis affectus os ſuum non aperuit. En qui peccatum non fecit, peccata noſtra pertulit, & languores noſtros ſuo livore ſanavit.

DESIDERIUM, & Amor.

TU autem, Domine expectatio Iſrael, deſiderium, ad quod ſuſpirat cor noſtrum quotidie, feſtina, ne tardaveris. Surge, propera, & veni ut educas nos de iſto carcere ad confitendum nomini tuo, ut gloriemur in lumine tuo. (S. *Auguſt. Soliloq. B.c.*23.) Aperi aures tuas clamoribus lachrymarum pupillorum tuorum, qui clamant ad te Pater noſter, da nobis hodie panem noſtrum quotidianum: in cujus fortitudine ambulemus die, ac

no-

nocte uſquequò perveniamus ad montem ſanctum tuum Oreb. (*Math. 6.*) Et ego parvulus inter parvulos familiæ tuæ, Deus pater, & virtus mea, quando veniam, & apparebo ante faciem tuam, ut qui nunc tibi confiteor ad tempus, ex tunc confitear tibi in æternum? Beatus ero, ſi fuero admiſſus ad videndum claritatem tuam. Quis mihi hoc tribuat ut ad hoc venire permittas me? (*cap.* 2.) Adjvua me fortitudo mea, per quam ſublevor: ſuccurre virtus, per quam ſuſtentor: veni lux, per quam video: appare gloria, per quam gaudeo; appare vita, in qua vivam, ò Domine Deus meus.

POST MISSAM
Gratiarum actio, &
Vox laudis.

CONfitear tibi, ſalus animæ meæ, toto corde meo

meo ſuper univerſis beneficiis, quibus paſcis me à juventute mea, & uſque in ſenectam, & ſenium. Sed quis ego ſum per me, ut laudem te? Pulvis, & cinis ego ſum, canis mortuus, & fœtens ego ſum, vermis, & putredo ego ſum. Quis ego ſum, ut laudem te. Domine Deus fortiſſime, ſpiritus univerſæ carnis, qui inhabitas æternitatem? Nunquid tenebræ laudabunt lucem, aut mors vitam? Tu lux, ego tenebræ: tu vita, ego mors. Nunquid vanitas veritatem laudabit? Tu es veritas, ego homo ſimilis factus vanitati. Quid ergo, Domine, laudabo te? Nunquid miſeria mea laudabit te? Nunquid fœtor laudabit odorem? Nunquid mortalitas hominis, quæ hodie eſt, & cras tollitur, laudabit te? Nunquid laudabit te homo putredo, & filius hominis vermis?

Num-

Numquid laudabit te, Domine, qui in peccatis conceptus eſt, & natus, & nutritus? Non eſt enim ſpecioſa laus in ore peccatoris. Laudet te Domine Deus meus, incomprehenſibilis potentia tua, incircumſcriptibilis ſapientia tua, & ineffabilis bonitas tua. Laudet te ſupereminens clementia tua, ſuperabundans miſericordia tua ſempiterna quoque virtus, & divinitas tua. Laudet te omnipotentiſſima fortitudo tua, ſumma quoque benignitas tua, & charitas tua, per quam erexiſti nos Domine Deus, vita animæ meæ. (S. *Auguſt. Soliloq. B. c. 33. cap. 10.*)

Beatus venter, qui te portavit, & ubera quæ ſuxiſti. Beata viſcera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni patris filium, & beata ubera, quæ lactaverunt Chriſtum Dominum.

OBLA-

Digitized by Google

OBLATIO.

ET unde mihi, Domine, munus, quo occurram vultui tuo, & placeam divinæ majeſtati tuæ, niſi ex bonis, & theſauris tuis? Tibi igitur, clementiſſime Pater, omnes pœnas,& dolores,opprobria, verbera, & convicia, omnes adverſitates, incommoda, & labores Unigeniti tui Jeſu Chriſti, agni immaculati, quæ in corpore ſuo ſuſtinuit propter me,omnes etiam artus, & ſingula membra ejus propter me afflicta, ſanguinem eius propter me fuſum,& pedibus conculcatum, animam quoque ejus nobiliſſimam, & piiſſimam propter me à dilecto corpore ſeparatam. Item vires animæ, & corporis ejus, & omnia in eo vitalia propter me in mortem tradita, & nihilominus inſeparabiliter Divinitati unita: imò Chri-

ſtum

ſtum totum, benedictum Filium tuum, deſpectum, & glorioſum: miracula facientem, & in cruce pendentem tibi offero. (*Lanſperg. in Pharetr. divini amoris.*)

PETITIO.

TU verò, Domine Jeſu, mitte manum pietatis tuæ in me, & tolle de me quicquid offendit oculos pietatis tuæ in me. Corã te, Domine, eſt ſanitas, & infirmitas mea; illã precor ſerva, iſtã ſana. Sana me Domine, & ſanabor; ſalvum me fac, & ſalvus ero: Tu, qui infirma ſanas, & ſanata conſervas: tu, qui ſolo nutu tuo reſtauras diruta, & collapſa. Si enim dignaris in agro tuo, corde meo ſerere bonum ſemen, neceſſe eſt, ut manu pietatis tuæ ſpinas priùs evellas vitiorum meorum. Dulciſſime, benigniſſime

Digitized by Google

me, amantiſſime , chariſſime , deſideratiſſime, amabiliſſime, pulcherrime , infunde obſecro multitudinem dulcedinis tuæ,& charitatis tuæ pectori meo, ut nihil carnale deſiderem , vel cogitem : ſed te ſolum amem , te ſolum habeam in corde, & in ore meo . Scribe digito tuo in pectore meo dulcem memoriam tui melliflui Nominis nulla unquam oblivione delendam . Scribe in tabulis cordis mei voluntatem tuam, & juſtificationes tuas, ut te immenſæ dulcedinis Dominum , & præcepta tua ſemper,& ubique habeam præ oculis meis . Succende mentem meam igne illo tuo , quem miſiſti in terram,& voluiſti vehementer accendi . (*Sanct. Aug. Medit. c. 36.*)

Anima Chriſti &c. fol. 62.

Digitized by Google

DIE MARTIS

Ad Deum accedam ut PATREM

ANTE MISSAM

Directio intentionis

Deus cœli, & terræ. fol.34.
Ego volo celebrare Miſſ.fol.48.

CONTRITIO CORDIS.

SUrgam, & ibo ad Patrem meum, & dicam ei: Pater peccavi in cœlum, & coram te. Iam non ſum dignus vocari filius tuus, fac me ſicut unũ de mercenarijs tuis. (*Luc.*15.) Nunc ergo mihi recognoſcenti penuriam, & miſeriam meam, & famelico appetitu ad paternæ miſericordiæ viſcera redeunti ſuccurre miſerando, & me oculis tuæ pietatis agnoſce, & dignare mihi radiis tuæ gratiæ lætabundus

Digitized by Google

occurrere, & cum amplexibus, pacis, & quietis oſcula largiaris mihi. Certè recognoſco quòd in cœlum, imò in omnem creaturam tuam, & coram te contemnendo peccavi, imò etiam tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci, & certè non ſum dignus vocari filius tuus, imò nec mercenarius, vel etiam ſervus tuus, aut aliqua viliſſima creatura tua. Sed miſerere mei, & dele iniquitatem meã, ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris, quia dicunt animæ meæ inimici mei: Non eſt ſalus ipſi in Deo ejus. Obſecro, jube, ut detur mihi prima charitatis ſtola, Fidei ferventis annulus, & calceamentis elevantis, & cõfirmantis Spei protegantur pedes, id eſt affectus: ſanguine veri vituli occiſi impinguetur, & reficiatur affectus. (S. *Bon. Stimulo divini amoris.*)

DE-

DESIDERIUM, ET AMOR.

AUdi Deus meus, audi lumen oculorum meorum, audi, quæ peto: & da ut petam, quod audias pie, & exorabilis Domine, ne efficiaris mihi inexorabilis propter peccata mea: ſed propter bonitatem tuam ſuſcipe preces pueri tui: & da mihi effectum petitionis meæ, & deſiderii mei, precibus, & meritis glorioſæ Virginis Mariæ Dominæ meæ, & omnium Sanctorum. Recipe me, Pater, quamvis filium prodigum ad comedendum tecum vitulum ſaginatum, aſſatum in cruce. O bone, & vere Magiſter, doce me theſauros ſapientiæ viliſſimæ mortis tuæ. Iterum atque iterum, Domine Ieſu, aperire digneris latus tuum mihi nequiſſimo famulo tuo, ut oculi mei qui deprædati

ſunt animam meam , in tuo latere inveniant prædam meam . O bone Ieſu , nimis ſaxeum eſt cor meũ niſi emoliatur ſanguine tuo,nimis diſtractum eſt cor meum,niſi recolligatur in latere tuo . O bone Paſtor , ego ſum illa ovis , quæ periit , & erravit, pro qua in cruce poſuiſti animam tuam . Ecce ego ſum , agnoſce eam, introduc me in caulas vulnerum tuorum. Tu autem, Domine Ieſu Chriſte, in tua paſſione me cuſtodias diligenter.Nam ſine tua morte morior , ſine tuis vulneribus vulneror , ſine tuis conviciis, convicior: ſine tuis flagellis,virgâ non æquitatis,ſed iniquitatis flagellor . (*S. Aug. Med.c.36.*)

POST MISSAM
Gratiarum actio, &
Vox laudis .

PAter luminum , à quo eſt omne datum optimum , quan-

quantùm teneor diligere te, oſtende mihi: (*S. Aug. Soliloq. B. cap. 7.*) quantùm debeo laudare te, demonſtra mihi: quantùm debeo placere tibi, innoteſce mihi. Intona, Domine, deſuper voce grandi, & forti in interiorem aurem cordis mei, doce me, & ſalva me, & collaudabo te, qui creaſti me, cùm nihil eſſem, qui illuminaſti me, cùm in tenebris eſſem: qui reſuſcitaſti me, cùm mortuus eſſem: qui paviſti me à juventute mea omnibus bonis tuis. Hunc inutilem vermem fœtentem peccatis nutris omnibus donis tuis. Aperi mihi, ò clavis David, qui aperis, & nemo claudit illi, cui tu aperis: claudis, & nemo aperit illi, cui tu claudis. Aperi mihi oſtium luminis tui, & ingrediar, & videam, & cognoſcam, & confitear tibi in toto corde meo, quia miſericordia tua magna eſt

ſuper me. Et vnde hoc mihi, ò creator cœli, & terræ, & abyſſi, qui bonorum meorum non indiges, vnde hoc mihi quod dilexiſti me? O ſapientia, quæ aperis os mutorum! O Verbum, per quod facta ſunt omnia, aperi os meum, da mihi vocē laudis, vt enarrem omnia beneficia tua, quæ mihi, Domine, à principio contuliſti.

Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quæ ſuxiſti. Beata viſcera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni patris filium; & beata ubera, quæ lactaverunt Chriſtum Dominum. (*Luc.* 11.)

OBLATIO.

ET nunc ſcio, Pater, quia bonorum meorum non eges, ſed dixiſti. Si ego Pater, ubi honor meus? & rurſum: Fili mi, præbe mihi cor tuum. (*Pſ.* 17. *Malach. Prov* 23.)

Nunc

Digitized by Google

Nunc ergo, illuminatio mea, tu vides conſcientiam meam, quia Domine ante te eſt omne deſiderium meum, & tu donas, ſi quid bene vult conſcientia mea. Si bonum eſt, Domine, quod inſpiras; imò quia bonum eſt, ut te velim amare, da quod me facis velle; da, vt quantùm jubes, tantùm te merear amare. Laudes, & gratias offero, ne ſit mihi donum tuum infructuoſum, quod tua ſpontanea dediſti voluntate. Perfice, quod incœpiſti; & dona, quod me benignè præveniendo immeritum deſiderare feciſti. Converte, benigniſſime, meum torporem inferventiſſimũ tui amorem. Ad hoc enim, clementiſſime, tendit hæc oratio mea, hæc memoria, & meditatio beneficiorum tuorum, ut tui in me accẽdas amorem. (*Sanct. Auguſt.*)

PETITIO.

DOmine Deus meus ; formator meus ex utero matris meæ , non me permittas ampliùs ex uno diſtrahi in multa; (S. *Aug. Solil. B. cap.* 36.) ſed collige me de exterioribus ad me, de me ad te; vt dicat tibi ſemper cor meum : (*Pſalm.* 26.) Exquiſivit te facies mea, faciem tuam Domine, requiram , faciem Domini virtutum , in qua ſola conſiſtit tota gloria ſempiterna beatorum , quam quidem videre vita æterna eſt, & gloria ſempiterna Sanctorum. Lætetur ergo cor meum, ut timeat nomen tuum ; Lætetur cor quærentium Dominum , ſed multò magis cor invenientium . Si enim lætitia eſt in quærendo , qualis lætitia erit in inveniendo ? quæram ergo ſemper , ardenter , & indeſinen-

nenter faciem tuam, ſi quando tandem aperiatur mihi oſtium, & porta juſtitiæ, ut intrem in gaudium Domini mei. Hæc porta Domini, juſti ingredientur per eam: (*Pſalm.* 117.) Deus, docuiſti me à juventute mea, & uſque nunc pronuntiabo mirabilia tua, & uſque in ſenectam, & ſenium, Deus, ne derelinquas me. (*Pſalm.*70)

Anima Chriſti &c.
fol. 61.

Digitized by Google

DIE MERCURII

Ad Chriſtum accedam ut

SPONSUM

ANTE MISSAM

Directio Intentionis

Deus cœli, & terræ fol. 34.
Ego volo celebrare Miſſ. fol. 48.

CONTRITIO CORDIS.

AMator hominum, qui dixiſti animæ meæ: (*Oſeæ* 2.) Sponſabo te mihi in ſempiternum, & ſponſabo te mihi in juſtitia, & judicio, & in miſericordia, & miſerationibus; & ſponſabo te mihi in fide, & ſcies quia ego Dominus, (*Pſal* 34.) agnoſce vocem veritatis tuæ, & imple fidem promiſſionis tuæ. Tu enim rurſú dixiſti. (*Ier*. 3.) Fornicata es cum amatoribus multis, tamen

men revertere ad me, & ego ſuſcipiam te. Quare & ego confiteor adverſum me injuſtitiam meã tibi Domino meo, quia averſa ſum à te averſione peſſima, & abii te relicto poſt amatores alios. Ipſi autem diviſerunt tibi veſtimenta virtutum, quibus ornaveras me: fecerunt ſibi viam per me, ſub pedibus ſuis conculcaverunt me, fœcibus peccatorum polluerunt templum ſanctũ tuum, poſuerunt me deſolatam, & mœrore confectam. (*Sanct. Aug. Soliloq. B. cap. 6.*) Nunc igitur, Domine mi, præſtabilis ſuper malitia, ne tradas beſtiis animam confitentem tibi, revoca eam de tenebtis in admirabile lumen tuum. Dic verbum, Domine, fiat lux, ut videam lucem, & vitem tenebras: (*cap. 4.*) videã viam: & vitem invium: videam veritatem, & vitem vanitatem: videam vitam, & vi-

tem mortem. Illuminare, Domine, lux mea, illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo: Dominus meus, quem laudabo, Deus meus, quem honorabo; Pater meus, quem amabo: Sponſus meus, cui me ſervabo, illuminare, inquam, illuminare lux huic cęco tuo, qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedet, & dirige pedes eius in viam pacis, per quam ingrediar in locum tabernaculi admirabilis, uſque ad domum Dei in voce exultationis, & confeſſionis. Vera enim confeſſio eſt via, per quam ingrediar ad te: via, per per quam egrediar ab invio, & revertar ad te viam, quia tu es verè via vitæ.

DESIDERIUM, & Amor.

ABſorbeat quæſo, Domine, mentem meam ab omnibus, quæ ſub cœlo ſint, ignita, &

& melliflua vis amoris tui, ut tibi ſoli inhæream, ſolaque tuæ ſuavitatis memoria paſcar. Deſcendat, Domine, deſcendat precor, deſcendat in cor meum odor tui ſuaviſſimus, ingrediatur amor tui mellifluus. (S. *Aug. Medit. c.* 15.) Veniat mihi tui ſaporis mira, & inenarrabilis fragantia, quæ ſempiternas in me ſuſcitet, concupiſcentias, & ex corde meo producat venas ſalientis aquæ in vitam æternam. Immenſus es, Domine, & ideo ſine menſura debes amari, & laudari ab iis, quos tuo pretioſo ſanguine redemiſti. Si enim ſponſa ſponſo tanto conglutinatur mentis ardore, ut præ magnitudine amoris nulla perfrui valeat requie chari ſui abſentiam non ſine magno dolore ferens, qua, rogo, dilectione quo ſtudio, quo fervore anima, quam deſponſaſti tibi

fide

fide, & miſerationibus, debet diligere te verum Deum, & pulcherrimum ſponſum, qui nos amaſti, & ſalvaſti; qui pro nobis tot, tanta, & talia feciſti? Dulciſſime, benegniſſime, amantiſſime, chariſſime, pretioſiſſime, deſideratiſſime, amabiliſſime pulcherrime. Trahe me ad te, ut curram poſt te in odorem unguentorum tuorum, curram, & non deficiam te trahente, te ducente me currentem. (S. *Aug. Medit. cap.* 17.) Trahe os ſitientis te animæ in ſuperna fluenta æternæ ſatietatis, imò trahe me ad te fontem vivum, ut inde pro captu meo bibam, unde ſemper vivam. Deus meus, vita mea Tu enim dixiſti ore tuo ſancto, & benedicto: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Fons vitæ, da ſitienti animæ ſemper bibere ex te: ut ſecundùm ſanctam, & veridicam promiſſionem tuam de ven-

ventre meo fluant aquæ vivæ. Fons vitæ, reple mentem meã torrente voluptatis tuæ: Inebria cor meum ſobria ebrietate amoris tui, ut obliviſcar quæ vana ſunt, & terrena, & te ſolum jugiter habeam in memoria mea, ſicut ſcriptum eſt: Memor fui Dei, & delectatus ſum. (*Pſal.* 76.)

POST MISSAM.
Gratiarum actio, & Vox laudis.

VNde mihi, Domine, Sponſe animæ meæ, laudes ad laudandum te! Ante te, Domine, laus mea, & laus mea tu ipſe es. Laudent te opera tua ſecundum multitudinem magnitudinis tuæ. (S. *Aug.* *Soliloq.* *B.* *cap.* 10.) Filiæ Ieruſalem, annunciate dilecto meo quia deficit in laudes eius anima mea. Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus. (*Cant.* 1.) Sicut malus inter ligna

Digitized by Google

gna ſylvarum, ſic dilectus meus inter filios. (*Cant*. 2.) Sub umbra illius, quem deſideraveram ſedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo. Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus. (*Cant*. 5.) Caput ejus aurum optimum; comæ ejus ſicut elatæ palmarum, nigrę quaſi corvus. Oculi ejus ſicut columbæ ſuper rivulos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident juxta fluenta pleniſſima. Genæ illius ſicut areolæ aromatum conſitæ à pigmentariis. Labia ejus lilia diſtillantia myrram primam. Manus illius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis: venter ejus eburneus, diſtinctus ſaphiris. Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas. Species ejus ut Libani electus ut cedri. Guttur illius ſuaviſſimum, & totus deſiderabilis; Talis eſt dilectus

meus,

meus, & ipſe eſt amicus meus, filiæ Ieruſalem.

OBLATIO.

IN portis noſtris omnia poma nova, & vetera ſervavi tibi, dilecte mi, vitam meã, ſtudia mea, actus meos, vires meas, amorẽ meũ. (*Cant.* 7.) Ante te omne deſiderium meum: ante te, & ad te omnia ſuſpiria cordis mei. Deſidero enim (ò amabiliſſime Ieſu) ſi poſſibile foret, etiam ſolus tam dignè te laudare, & diligere, tamque fideliter ſervire, & placere tibi ad gloriam tuam, quantùm omnes, & ſinguli tam Angeli, quàm homines te laudant, & diligunt. Et propterea etiam in horum omnium unione laudis, ac amoris, offero, & reſigno tibi meipſum per ſuaviſſimum cor tuum, in omne beneplacitum tuum, ad gloriam tuam, quò mecum, meque ita facias, ut abla-

ablata in me omni rebellione erga te, ſola tua ſanctiſſima, atque laudabiliſſima voluntas ſemper in me, de me, per me, & in omnibus fiat. (*Lanſperg. in Pharetrà divini amoris.*)

PETITIO.

O Clementiſſime Domine Ieſu Chriſte, amicos tuos vivificans amore, extende ad me pecccatorem miſerabilem tuam exuperantem dilectionem, ut te diligam pro dono tuo, & modo meo minùs quàm juſto. (*Idiota Contemp. cap.* 10.) Nam etſi quantùm debeo non poſſum: non poſſum tamen ultra quàm poſſum. Potero autem plus cùm plus donare dignaberis: nunquam tamen prout dignus haberis. Da igitur mihi tuum amantiſſimum amorem, quo te, donante te, diligam, & amem, tibi placeam, tibi

ſer-

ſerviam, tua præcepta adimpleam, à te non ſeparer in præſenti, & in futuro, ſed tecum maneam agglutinatus amore in ſempiternum. O Amor, qui ſemper ardes, & nunquàm extingueris, dulcis Chriſte, bone Ieſu, charitas. Deus meus accende me totum igne tuo, amòre tuì dulcedine tua, dilectione tui, deſiderio tui, charitate tua, jùcunditate, & exultatione tua, pietate, & ſuavitate tua voluptate, & concupiſcentia tui, quæ ſancta eſt, & bona: (*S. Auguſt. Manual. cap.* 10) quæ càſta eſt, & munda: ut totus dulcedine amoris tui plenùs, totus flamma tuæ charitatis vaporatus diligam te Dominum meum dulciſſimum, & pulcherrimũ ex toto corde meo, ex tota anima mea, ex totis viribus meis, & ex omni intentione mea, cum multa cordis contritione, & lacrymarum fonte,

te, cum multa reverentia , & tremore : habens te in corde, & in ore , & præ oculis meis ſemper, & vbique: ita ut nullus in me adulterinis amoribus pateat locus. Nihil quæſo ſine te mihi dulceſcat , nihil complaceat;nihil pretioſum, nihil præter te mihi arrideat ſpecioſum . Vileſcant , obſecro,abſque te omnia, ſordeāt univerſa . Quod tibi adverſum eſt, ſit mihi moleſtum, & tuum beneplacitum , meum indeficiens deſiderium . Tædeat me gaudere ſine te , & delectet contriſtari pro te.Sit mihi nomen tuum refocillatio , & memoria tua conſolatio . Fiant mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte inveſtigādo juſtificationes tuas. Sit bonum mihi lex oris tui ſuper millia auti,&argenti.Sit obedire tibi mihi amabile,& reſiſtere tibi execrabile . (*S.Aug. Med.c.7.*) Anima Chriſti &c. fol.61.

DIE IOVIS

Ad Chriſtum accedam ut

DILECTUM

ANTE MISSAM.

Directio Intentionis

Deus cæli, & terræ fol.34.
Ego volo celebrare Miſſ.fol.48.

Deus cæli, & terræ fol.34.
Ego volo celebrare Miſſ.fol.48.

CONTRITIO CORDIS.

SEro te amavi, pulchritudo tam antiqua, & tam nova, ſerò te amavi. Ecce intus eras, & ego foris; & ibi te quærebam, & in iſta formoſa, quæ feciſti, deformis irruebam. Mecum eras, & tecum nõ eram; & ea me tenebant longè à te, quæ ſi in te non eſſent, nõ eſſent. Vocaſti, & clamaſti, & rupiſti ſurditatem meam. Coruſcaſti, ſplenduiſti, & fuga-
ſti

Digitized by Google

ſti cæcitatem meam. Fragraſti,
& duxi ſpiritum , & anhelo
tibi, & guſtavi,& eſurio, & ſi-
tio . Tetigiſti me, & exarſi in
pacem tuam . Cùm inhæſero
tibi ex omni me , nuſquam
erit mihi dolor , & labor , &
viva erit vita mea tota plena
te . Nunc autem quoniam
quem tu imples, ſublevas eũ;
quoniam tui plenus non ſum,
oneri mihi ſum . Contendunt
lætitiæ meę flendę cum lętan-
dis mœroribus , & qua parte
ſtet victoria,neſcio. Hei mihi,
Domine miſerere mei . Con-
tendunt mœrores mei mali cũ
gaudiis vanis, & ex qua par-
te ſtet victoria,neſcio.Hei mi-
hi,Domine,miſerere mei. Hei
mihi ecce vulnera mea non
abſcondi . Medicus es , æger
ſum.Miſericors es,miſer ſum.
Et tota ſpes mea non niſi in
miſericordia tua magna . Da
quod jubes, & jube quod vis.
O amor qui ſemper ardes , &
nun-

Digitized by Google

nunquam extingueris: Charitas Deus meus, accende me. (S. *Aug. Conf. l.* 10. *c.* 27. 28. 29.)

DESIDERIUM, & Amor.

INterim quare faciem tuam avertis; gaudium meum, per quod gaudeo? Vbi es abſconditus, pulcher quem deſidero? (*S. Aug. Solil. B, cap.* 1.) Odorem tuum haurio, vivo, & gaudeo: te autem non video. Vocem tuam audio, & reviviſco. (*Exod.* 33.) Sed cur faciem tuam abſcondis? fortè dicis: Non videbit me homo, & vivet. Eia, Domine, moriar ut te videam: videam ut hïc moriar. Nolo vivere, volo mori: diſſolvi cupio, & eſſe cum Chriſto. Mori deſidero, ut videam Chriſtum: vivere renuo, ut vivam cum Chriſto. O Domine Ieſu, accipe ſpiritum meum: vita mea ſuſcipe animam meã. Gaudium meum

Digitized by Google

meum attrahe cor meum. Dulcis cibus meus, comedam te. Caput meum dirige me. Lumen oculorum meorum, illumina me. Melos meum tempera me. Odor meus, vivifica me. Verbum Dei recrea me. Laus mea, lætifica animam ſervi tui. Intra in eam, gaudium meum, ut in te gaudeat. Intra in eam, dulcedo ſumma, ut dulcia ſapiat. Lumen æternum, illuſtra ſuper eam, ut te intelligat, cognoſcat, & diligat. Ob hoc enim non te diligit Domine, ſi te non diligit, quia non te cognoſcit; & te ideo non cognoſcit, quia non intelligit, quia lumen tuum non comprehendit; & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt

POST

Digitized by Google

POST MISSAM,
Gratiarum actio, &
Vox laudis.

DVlciſſime, benigniſſime, amantiſſime, chariſſime, potentiſſime, deſideratiſſime, pretioſiſſime, amabiliſſime, pulcherrime, tu melle dulcior, lacte, & nive candidior, nectare ſuavior, gemmis, & auro pretioſior, cunctiſque terrarum divitiis, & honoribus mihi charior. Quid dico, Deus meus, una ſpes mea, tam grandis miſericordia mea? quid dico dulcedo fœlix, & ſecura? quid dico dum talia dico? Dico, quod valeo, ſed non dico, quod debeo. Utinam poſſem talia dicere, qualia illi hymnidici Angelorum chori! O quàm libenter me in tuis laudibus totum effunderem! ò quam devotiſſimè illa cœleſtis melodiæ cantica ad laudem, & gloriam

Digitized by Google

nominis tui in medio Eccleſiæ infatigabilis perorarem! Sed quia talia non poſſum, nunquid tacebo? Væ tacentibus de te, qui ora mutorum reſoluis, linguas infantium facis diſertas. Væ tacentibus de te, quoniam ipſi loquaces muti ſunt, cùm non tuas laudes dicunt. Quis dignè te laudare poteſt, ò ineffabilis virtus, & Sapientia Patris? Et quoniam nulla invenio verba, quibus te ſufficienter valeam explicare, cuncti potens, & omniſcium verbum, dicam interim, quod valeo, donec jubeas me venire ad te, ubi poſſim dicere, quod te decet, & quod me oportet. Scis ergo, occultorum cognitor Deus quoniam cœlo, terra, & omnibus, quæ in ea ſunt, tu mihi acceptior, tu mihi amabilior es. Diligo enim te ſuper cœlum, & terram, & cætera omnia, quæ in
eis

Digitized by Google

bis ſunt; imò, (niſi amore nominis tui) quæ tranſitoria ſunt, procul dubio amanda non ſunt. (*Sanct. Auguſt. Med. c.* 35.)

Beatus venter, qui te portavit, & ubera quæ ſuxiſti. Beata viſcera Marię Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium, & beata ubera, quæ lactaverunt Chriſtum Dominum.

OBLATIO.

VErùm dilecte mi, dilecte votorum meorum ſcio, quia minor ſum omnibus donis tuis, & quia rependere longè eſt à me; (*Prov.* 31) ſed quia dixiſti, non apparebis in conſpectu meo vacuus, (*Exo.* 23.) quid vis, ut retribuam tibi pro omnibus, quæ retribuiſti mihi? (*Pſalm.* 115.) Certè novi, quia ſolus eſt amor ex omnibus animæ motibus, ſenſibus, atque affectibus, in quo

poteſt creatura , etſi non ex æquo, reſpondere authori, vel ipſi mutuam rependere vicem. Da igitur cordi meo , amabiliſſime , ut diligam te. (S. *Aug. Manual c.* 13.) Domine Ieſu Chriſte , amantium fortitudo, robur, & firmamentum , ſim fortis , & conſtans ad te amandum ; non cedens terroribus , nec ſuccumbens laboribus. (*Idiot. Contemp. c.* 11.) Diligam te, Domine, fortitudo mea , quia tu es firmamentum meum , liberator meus , Deus meus , adiutor meus : (*Pſ.* 17.) Amor æternus, amor ſupereminens : amor , cujus magnitudinis non eſt finis; amor , cujus ſapientiæ non eſt numerus ; amor cujus pax exuperat omnem ſenſum. Diligam te non verbo ſolùm, ac lingua, ſed opere , & veritate ; ut tua gratia in præſenti ſuffultus , in fine ad amantium gloriam, te miſericorditer

ter donante, perveniam ſempiternam. Amen.

PETITIO.

O Benigniſſime Domine, Jeſu Chriſte, amor immenſe, frange, mollifica cor meum duriſſimum: ut ſi ad alium non valet elevari, ſaltem ad purum amorem ſenſibilem flectatur, ſcilicet ad benedictam carnem tuam, & ad illa, quæ in carne geſſiſti, vel juſſiſti: ut omnia libenter audiam, ſtudiosè legam, frequenter recolam, ſuaviter mediter, te annunciatũ contempler devotè, aut naſcentem, aut lactentem, aut docentem, aut jejunantem, aut prædicantem, aut miracula facientem, aut morientem, aut reſurgentem, aut aſcendentem, aut ad judicium venientem. Sic animus meus ſtringatur in amore tuo, ut carnis devitet vitia, fugiat

illecebras, deſideria maligna extirpet: & in ſe aſſiduè recreetur, atque tuo dulciſſimo amore paſcatur. Scio, Domine, quòd per amorem tuum vita carnalis excludetur, mundus contemnetur, & efficietur, ac perficietur vita ſpiritualis, ut ipſa in omnibus, quæ oportet ſentire de te ſentiat, & vera fide firmetur, puritas conſervetur, diabolica circumventio evitetur, augeatur exercitium virtutum, & amor tuus mihi dominetur, nec poſt hac ſeparetur à me. Sed ſic in præſenti me gubernet, conſervet, & vivere faciat, ut te adjuuante, & donante amor in regno tuo ſit mihi vita ſempiterna. Amen. (*Idiota Contemp. c. 12.*)
Anima Chriſti &c. fol. 61.

DIE

DIE VENERIS

Ad Deum accedam ut SALVATOREM

ANTE MISSAM

Directio Intentionis

Deus cœli, & terræ fol. 34.
Ego volo celebrare Miſſ. fol. 48.

CONTRITIO CORDIS.

QUomodo nos amaſti, Pater bone, qui proprio filio non peperciſti, ſed pro nobis omnibus tradidiſti eũ? Quomodo nos amaſti, pro quibus ille, qui non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem tibi, factus eſt ſubditus uſque ad mortem crucis? Unus ille in mortuis liber, poteſtatem habens ponendi animã ſuam, & poteſtatem habens iterum ſumendi eam, pro nobis tibi

victor, & victima : & ideo victor, quia victima : pro nobis tibi Sacerdos, & ſacrificium, faciens tibi nos de ſervis filios, de te naſcendo, nobis ſerviendo, meritò mihi ſpes valida in illo eſt, quòd ſanabis omnes languores meos per eum, qui ſedet ad dexteram tuam, & te interpellat pro nobis. alioquin deſperarem. Multi enim, & magni ſunt iidem languores mei; multi ſunt, & magni: ſed major, & amplior eſt medicina tua: Potuimus putare verbum tuum remotum eſſe à coniunctione hominis, & deſperare de nobis, niſi caro fieret, & habitaret in nobis. (S. *Auguſt. lib.* 10. *Conf.* c 43.) Conterritus peccatis meis, & mole peccatorum, & miſeriæ meæ agitaveram in corde, meditatuſque fueram fugam in ſolitudinem, ſed prohibuiſti me, & confirmaſti me dicens: ideo

pro

pro omnibus Chriſtus mortuus eſt, ut qui vivunt, jam non ſibi vivant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt. Ecce, Domine, jacto in te curam meam, ut vivam, & conſiderabo mirabilia de lege tua. Tu ſcis imperitiam meam, & infirmitatem meam, doce me, & ſana me. Ille tuus unicus, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſcōditi, redemit me ſanguine ſuo. Non calumnientur mihi ſuperbi, quoniā cogito pretiū meum, & manduco, & bibo, & erogo, & pauper cupio ſaturari ex eo, inter illos, qui edunt, & ſaturantur; & laudabunt Dominū, qui requirunt eum. Si ergo me pro mea, ut dignum eſt, deſpicis iniquitate, reſpice me ſaltem miſericors pro dilectæ ſobolis charitate. Attende in filio, quo propitieris ſervo. Multum namque eſt quod mea meretur

tur impietas, longè autem maius, quod mei Redemptoris repoſcit jure pietas. Magna enim eſt mea iniuſtitia, ſatis verò major Redemptoris juſtitia. Quantò namque eſt ſuperior Deus homine, tantò mea malitia eſt inferior ejus bonitate in qualitate, & quãtitate. Quid enim deliquit homo, quod non redemerit filius Dei factus homo? Quæ tanta ſuperbia tumeret, quam non tanta humilitas ſterneret? Quodnam tantum mortis imperium, quod Nati Dei non deſtrueret crucis ſupplicium? Nimirum Deus meus, ſi æqua lance delicta peccantis hominis, & redimentis gratia librentur autoris, non tantùm Oriens ab Occidente, ſeu inferior ſeparatur Infernus à ſummo cœli cardine. Jam lucis optime creator iã culpis ignoſce meis pro dilecti Filii tui laboribus immenſis

Digitized by Google

ſis. Jam ejus quæſo pietati mea impietas, ejus modeſtiæ mea perverſitas, & ejus manſuetudini mea condonetur ferocitas. Jam ejus humilitas meam ſuperbiam, patientia impatientiam, benignitas duritiam, obedientia inobedientiam, tranquillitas inquietudinem, dulcedo amaritudinem, ſuavitas iram, charitas lucrifaciat crudelitatem. (S. *Aug. Medit. c.* 8.)

DESIDERIUM, ET AMOR.

TU autem, ſuſceptor meus, & liberator meus ne avertas faciem tuam à puero tuo. Dixiſti enim; Et ego ſi exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipſum: & rurſum. (*Ioan.* 12.) Si quis ſitit veniat ad me, & bibat. (*cap.* 7.) Aperi mihi fontem aquæ vivæ, ut bibam, & infundatur ariditas cordis mei.

Tranſige, dulciſſime Domine Ieſu, medullas, & viſcera animæ meæ, ſuaviſſimo, ac ſaluberrimo amoris tui vulnere, vera, ſerenaque, & Apoſtolica ſanctiſſima charitate, ut langueat, & liqueſiat anima mea ſolo ſemper amore, & deſiderio tui. Te concupiſcat, & deficiat in atria tua: cupiat diſſolvi, & eſſe tecum. Da ut anima mea te eſuriat panem Angelorum, refectionem animarum ſanctarum, panem noſtrum quotidianũ, ſuperſubſtantialem, habentem omnem dulcedinem, ſaporem, & omne delectamentum ſuavitatis. Te, inquam, in quem deſiderant Angeli proſpicere, ſemper eſuriat,& comedat cor meum, & dulcedine ſaporis tui repleantur viſcera animæ meæ. Te ſemper mens mea ſitiat fontem æterni luminis,torrentem voluptatis, ubertatem Domus

Dei.

Dei. Te ſemper ambiat, te quærat, te inveniat, ad te tendat, ad te perveniat, te meditetur, te loquatur, & omnia operetur in laudem, & gloriam nominis tui cum humilitate, & diſcretione; cum dilectione, & delectatione; cum facilitate, & affectu; cũ perſeverãtia uſque in finem. Tu ſis ſolus ſemper ſpes mea, tota fiducia mea, divitiæ meæ, delectatio mea, jucunditas mea, gaudium meum, quies, & tranquillitas mea, pax mea, ſuavitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, ſapientia mea, portio mea, & poſſeſſio mea, theſaurus meus, in quo fixa, & firma, & immobiliter radicata ſit mens mea, & cor meum. Amen. (S. *Bonav. Stimuli p.3.*)

POST

Digitized by Google

POST MISSAM
Gratiarum actio, & Vox laudis.

APerite mihi portas juſtitiæ, ingreſſus in eas confitebor Domino. (*Pſalm.* 117.) O Domine ſalvum me fac, ò Domine bene proſperare. Benedictus, qui venit in nomine Domini, Deus meus es tu, & confitebor tibi quoniam exaudiſti me, & factus es mihi in ſalutem. Ecce Deus Salvator meus fiducialiter agam, & non timebo: quia fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem. (*Iſa.* 12.) Confitemini Domino, & invocate nomen ejus, annunciate in populis adinventiones ejus, quoniam excelſum eſt nomen ejus; cantate Domino quoniam magnificè fecit, annunciate hoc in univerſa terra. Exulta, & lauda, habitatio Sion,

quia

quia magnus in medio tui ſanctus Iſrael. Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem. Iſte Deus meus, & glorificabo eum; Deus patris mei, & exaltabo eum. (*Exod.* 15.) Dominus regnabit in æternum, & ultra.

Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quæ ſuxiſti. Beata viſcera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filiũ, & beata ubera, quæ lactaverunt Chriſtum Dominum.

O B L A T I O.

QUid porrò, mi Redemptor, ſpes mea, refugium meum, expectatio mea, referam tibi pro omnibus bonis tuis; Ecce enim ait Apoſtolus tuus, (1 *Cor* 6) Nõ eſtis veſtri. empti enim eſtis pretio magno. Quid ergo ſupereſt de omnibus bonis meis, quod

offeram tibi, ſi nec ipſe ſum meus? Novi quia ſacrificium tibi eſt ſpiritus contribulatus. (*Pſ.50.*) Omnem igitur hanc preſſuram, quam nunc patior, ò miſericordioſiſſime Domine IeſuChriſte, & ſi quid gravius etiam pati me volueris tui amore, de manu providentiæ tuæ, & de voluntate amantiſſimi, ac paterni cordis tui ſuſcipio, & pro immẽſo amore tuo, quo ab æterno in ſalutem meam hæc ordinaſti, tibi gratias ago, Ieſu fideliſſime. (*Lãſ. perg. in Pharetr. diu. amor.*) Quid dicam niſi, quia peiora merui, & omni gratia, tua conſolatione, ac beneficio tuo indignus ſum? Idcirco ad honorem acerbiſſimæ Paſſionis, & mortis tuæ, in quas te ultro pro me contuliſti, offero me ad ſuſtinendam hanc preſſuram, ſeu adverſitatem, proponens nullam aliam conſolationem, ſeu liberationem

quæ-

quærere, niſi per te Domine, aut ſecundùm beneplacitum tuũ. Eia, benigniſſime Ieſu, fac me, quæſo, totum in omnibus ſecundùm beneplacitum tuum in agendo, & patiendo, & voluntatem meam ſic unias tibi, ut non aliud poſſim velle, quàm quod tu vis. Inſidientur Dæmones, parent ſuas tentationes, frangant corpus jejunia, præmant carnem veſtimenta, labores gravent, vigiliæ exerceant, clamet in me iſte, inquietet ille vel ille, frigus incurvet, conſcientia murmuret, calor urat, caput doleat, pectus ardeat, inſletur ſtomachus, palleſcat vultus, infirmer totus, deficiat in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus, ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat, ut requieſcam in die tribulationis, & aſcendã ad populũ accinctum noſtrum. (S. *Aug.*

Ma-

Digitized by Google

Manual.cap. 15.) (*Abac.* 3.)

PETITIO.

PRoinde, Domine, tuam acerbiſſimam paſſionem, & ignominioſam da mihi in ſponſam, & indiviſibili, & indiſſolubili vinculo ipſam mihi coniunge. Super omnes mulieres, id eſt delicias, & conſolationes tēporales adamavi eam, & tamen ſæpe aliâ ſuperinductâ repudiavi eam: nunc modò venio, & requiro eam. Ne quæſo mecum agas juris rigore, ſed tuæ clementiæ diſpenſatione. Hāc ergo da mihi, Domine Ieſu, quia hanc amavi, hanc dilexi, hanc totis viſceribus concupivi; ipſa ſola mihi ſufficit, ipſa ſola medullitus nutrit, & reficit in hac vita. Ipſa eſt vita mea, conſolatio mea, & deliciæ meæ, ipſa lux, & ſapientia mea; ipſa reducit, & deducit; ſine ipſa devio,

&

& erro; ſine ipſa à portu ſalútis declino. O bone Ieſu, nihil à te peto in hac vita, niſi ut perfectè ſim tecum crucifixus in cruce. Certè dilectiſſime Domine Ieſu, nolo vivère, niſi moriar tecum; aut ergo da mihi mortem temporalem, aut in corde meo imprime tuam mortem. Hei mihi, quare natus ſum, niſi Dominum meum Ieſum, amplectar in cruce, & requieſcam in vulneribus eius? Magis eligo ad præſens tecum crucifigi, quàm tecum deliciis affluere. Hanc tuam viliſſimam paſſionem volo, hanc peto, hanc totis in internis concupiſco medullis, omnibus pro ipſa abrenuncio, & etiam meipſum relinquo, ipſa ſit mihi anima, & corpus meũ, & omnis conſolatio mea. (S. *Bonau. Stimulo divini amoris.*) Anima Chriſti &c. fol. 61.

DIE SABBATI

Ad Deum accedam ut ADVOCATUM.

ANTE MISSAM

Directio Intentionis

Deus cœli, & terræ. fol. 34.
Ego volo celebrare Miſſ. fol. 48.

CONTRITIO CORDIS.

AD te, Domine, clamabo, & ad Deum meum deprecabor. Quæ utilitas in ſanguine meo dum deſcendo in corruptionem? (*Pſ.* 29.) Reſpice in faciem Chriſti tui, (*Pſ.* 83.) & ſi ſervum eiicis fugitivum, recipe, quem ſibi unigenitus filius tuus fecit adoptivum. Dixit enim diſcipulus quem diligebat Ieſus, ſi quis peccaverit, ADVOCATVM habemus apud Patrem Ie-

Digitized by Google

IeſumChriſtum iuſtum.(*Io.2.*) Quem igitur alium diligā interceſſoré pro me tibi neſcio, niſi hunc, qui eſt pro peccatis noſtris propitiatio, qui ſedet ad dexterá tuā, qui etiā communi ſibi gloria pietatem tuā interpellat pro nobis. Ecce Advocatus meus apud te Deū, & Patrem. Ecce Pōtifex ſummus, qui non eget alieno expiari ſanguine, quia proprio fulget perfuſus cruore. Ecce hoſtia ſancta, beneplacens, & perfecta, in odorem ſuavitatis, & oblata, & accepta. Ecce agnus ſine macula, qui coram ſe tondentibus obmutuit, qui plagis cæſus, ſputis illitus, probris affectus, os ſuum non aperuit. En qui peccatum non fecit, peccata noſtra pertulit, & languores noſtros ſuo livore ſanavit. Aſpice, pie pater, piiſſimum filium tuum pro me tam impio paſſum. Reſpice, pater

Cle-

Clementiſſime, eum, qui patitur, & reminiſcere benignus pro quo patitur. Nonne hic eſt ille innocens, mi Domine, quem, ut ſervum redimeres, filium tradidiſti? Nunquid non author vitæ hic eſt, qui ut ovis ad occiſionem ductus, tibique obediens uſq; ad mortem factus atrocis non timuit necis ſubire genus. Recole, totius ſalutis diſpoſitor, quia hic ipſe eſt, quem etſi ex tua virtute genuiſti, meæ tamen infirmitatis participem fieri voluiſti. Verè hæc eſt tua Deitas, quæ meam induta naturam, crucis aſcendit patibulum, quæque aſſumpta carne triſte tulit ſupplicium. Reduc, Deus meus, oculos majeſtatis ſuper opus ineffabilis pietatis: intuere dilectum Natum toto corpore extenſum, cerne manus innocuas pio manantes ſanguine, & remitte placatus ſcelera,

quæ

quæ patraverunt manus meæ. Conſidera inerme latus crudeli foſſum cuſpide, & renova me ſacroſancto fonte illo, quem inde fluxiſſe credo. Vide immaculata veſtigia, quæ non ſteterunt in via peccatorum; ſed ſemper ambulaverunt in lege tua, diris confixa clavis, & perfice greſſus meos in ſemitis tuis. Fac me odio habere omnem viam iniquitatis; viam iniquitatis amove à me, facque me propitius viam veritatis eligere. (*S. Aug. Med. cap. 6.*)

DESIDERIUM & Amor.

SEd tu, ubi interim habitas, ubi requieſcis, Sponſor meus, & fidejuſſor meus? O dulcedo amoris, & amor dulcedinis! comedat te venter meus, & nectare tui amoris repleantur viſcera mea, & eructet mens mea verbum bo-

num.

num. Charitas Deus meus, mel dulce, cibus, & gaudium, fac me creſcere in te, ut ſano palato poſſis manducari à me. Tu es vita mea, qua vivo: ſpes, cui inhæreo: gloria, quam adipiſci deſidero. Tu mihi cor tene, mentem rege, intellectum dirige, amorem erige, animum ſuſpende, & in ſuperna fluenta os ſitientis te ſpiritus trahe. Taceant (quęſo) tumultus carnis. Conticeſcant phantaſiæ terrarum, & aquarum; aeris, & poli. Taceant ſomnia, & imaginariæ revelationes; omnis linigua, omne ſignum, & quicquid tranſeundo fit. Sileat ſibi, & ipſa anima: & tranſeat ſe, non cogitando ſe, ſed te Deus meus: quoniam tu es reverà tota ſpes, & fiducia mea. Eſt enim in te Deo, & Domino noſtro Ieſu Chriſto dulciſſimo, & benigniſſimo, atque clementiſſimo uniuſcuiuſque

no-

noſtrum, & portio, & ſanguis, & caro. Vbi ergo portio mea regnat, ibi regnare me credo. Vbi ſanguis meus dominatur, ibi dominari me confido. Vbi caro mea glorificatur, ibi glorioſum me eſſe cognoſco: quamvis peccator ſim, de hac tamen communione gratiæ non diffido. Etſi peccata mea prohibent, ſubſtantia mea requirit. Et ſi delicta propria me excludunt, naturæ communio non repellit. (S. *Aug. Man. c.* 12.)

POST MISSAM
Gratiarum actio, & vox laudis.

BEnedic anima mea Domino: & omnia, quæ intra me ſunt nomini ſancto ejus. (*Pſa.* 102.) Benedic anima mea Domino: & noli obliviſci omnes retributiones eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui ſanat omnes

infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in miſericordia, & miſerationibus. Qui replet in bonis deſiderium tuum. Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo. (*Pſalm.* 33.) Dicam Domino: ſuſceptor meus es tu, & refugium meũ, & ſperabo in eum. (*Pſ.* 90.) Tu es, qui appares vultui Dei pro nobis, (*ad hæbr.* 9.) qui pacificas in ſanguine tuo, quæ in terra ſunt, & quæ in cœlis. Tu claudis, & nemo aperit: tu aperis, & nemo claudit. (*Apoc.* 3.) Tibi Domine gloria, & imperium, in quo habemus redemptionem per ſanguinem tuum, remiſſionem peccatorum, qui es imago Dei inviſibilis, primogenitus omnis creaturæ, in quo condita ſunt univerſa in cœlis, & in terra, viſibilia, & inviſibilia; ſiue Throni, ſiue Dominationes, ſive Princi-

ci-

cipatus, ſive Poteſtates, omnia per te, & in te condita ſunt. (*Col.* 1.) Tu es ante omnia, & omnia in te perſtant. Tu es caput corporis Eccleſiæ, qui es principium, primogenitus ex mortuis, in omnibus primatum tenes, in quo complacuit omnē plenitudinem habitare. Tu gloria Ieruſalem, tu lætititia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri. (*Iud* 15.) Benedicant te omnes Angeli, & Sancti tui, & laudent, & glorificent te in ſæcula. Benedicant te cœli, terra, mare, & omnia, quæ in eis ſunt, & laudent te, & glorficent in ſæcula.

Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quæ ſuxiſti. Beata viſcera Marię Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium; & beata ubera, quæ lactaverunt Chriſtum Dominum. (*Luc.* 15.)

OBLATIO.

PRoinde, benigniſſime Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſupplices te rogamus, ac petimus, reſpice ex ſublimi ſanctuario tuo ad Filium tuum Ieſum venditum, atque inimicis traditum. Vide vtrum hæc tunica filii tui ſit, an non? Nimirum fera peſſima devoravit eum; ſanguis peccatorum noſtrorum aſperſus eſt ſuper veſtimenta ejus, & omnia indumenta ejus inquinata ſunt. Ex hujus ergo paſſionis theſauro mutuo accipio pretium debiti mei, & illius merita omnia numero tibi pro omni debito meo. Quicquid enim ipſe fecit, in mea utique natura, & pro me operatus eſt. O clementiſſime Pater, ſi peccata mea omnia in ſtatera appendas, poſitâ è regione paſſionis filii tui, vincentur prorſus illa ab iſta. Quod enim tantum ſit facinus,

nus, quod non diluerit innoxius ſanguis filii tui? Quæ tã effrænis, ac efferata elatio, inobedientia, & cupiditas, quam tanta non aboleat humilitas, obedientia, paupertas? Hæc eſt ergo conciliatio mea. O benegniſſime Pater, ſuſcipe actus dilecti filii tui, & da veniam erratis nequam ſervi tui; quandoquidem ſanguis inſons Abel fratris noſtri clamat ad te de cruce, non ultionem poſtulans, ſed gratiam, & miſericordiam, dicendo: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. (*Thaulerus exercit. c. 42.*)

P E T I T I O.

TE ergo illum, qui ſuis dilectoribus vitæ municipium promittens, ſuis diſcipulis dixit: Quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Per ipſum ſummum Sacerdotem, & verum,

rum Pontificem, & bonum paſtorem, qui ſe tibi obtulit in ſacrificium, ponens animam ſuã pro grege ſuo, te rogo per ipſum, qui ſedet ad dexteram tuam, & interpellat pro nobis Redemptorem, & Advocatum noſtrum; pietati, & bonitati tuę ſupplico; clementiſſime, & benigniſſime amator hominum Deus. Tribue, ut concaleat cor meũ intra me, & in meditatione mea exardeſcat ignis. Et quia ipſe tuus unicus natus dixit; Nemo venit ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eũ: & Nemo venit ad patrem, niſi per me: obſecro, & ſuppliciter rogo: trahe me ſemper ad ipſum, ut ipſe tandem me perducat ad te illuc, ubi ipſe eſt in dextera tua ſedens: ubi eſt ſempiterna vita, ſempiternè beata; ubi eſt amor perfectus, & timor nullus; ubi eſt dies æternus, & unus omniũ ſpi-

ſpiritus ; ubi ſumma, & certa ſecuritas , & ſecura tranquillitas ; & tranquilla jucunditas , & jucunda fœlicitas , & fœlix ęternitas ; & æterna beatitudo , & beata tui ſine fine viſio ; & laudatio ; vbi tu cum illo , & ille tecum in communione Sancti Spiritus æternaliter , ac ſempiternaliter vivis , & regnas Deus : Per omnia ſæcula ſæculorum. Amen . (S *Aug Medi c.* 17.)
Anima Chriſti &c. fol.61.

PIA DOCUMENTA,

Et Breves Meditationes ante, & poſt Miſſam, aut Communionem, ad utiliter recolenda per annum præcipua ſalutis noſtræ Myſteria.

DE MEDITATIONE, ſeu Oratione Mentali.

Teſte S. Auguſtino (Homil. 4. inter 50.) *Recte novit vivere, qui recte novit orare.* Experientia autem docet. Orationem eam, quæ meditatio dicitur, præ cæteris utilem, ac Deo acceptam, eſſe, ſine qua, teſte S. Bonaventura; *Vita Eccleſiaſtica arida eſt, & ad ruinam promptior*: Viſum itaque eſt de illa hic aliquid in gratiam pii Sacerdotis ſubjicere.

Methodus Meditandi.

Sapiens monitum eſt (Eccl.

10.

10.) *Ante orationem præpara animam tuam, & noli eſſe quaſi homo qui tentat Deum.*

Præparatio ad Medit.

Primò igitur abjiciendæ curæ ſuperfluæ, quæ velut ſpinæ animum in Meditatione pungunt. Ita D. Bernardus loquitur.

Secundo. Præfigendus finis debitus Orationi, qui eſt, Deo honorem exhibere, & virtutem, ac ſanctitatem acquirere.

Tertiò. In omni Meditatione debet Oratio præparatoria præmitti: quod ſemper fit eodem modo: petendo à Deo gratiam, ut tempus Meditationis bene, & cum fructu tranſigamus.

Duo præludia præmittenda.

Quartò. Sequuntur duo Præludia. Primum eſt compoſitio alicujus loci, qua-

Digitized by Google

imaginatio in propoſita materia retineatur, quæ myſteriis eſt fingere coram ſe ea peragi iiſdem circumſtantiis, quibus olim peracta ſunt. Crebro autem præludium eſſe poteſt coram omnipotente Deo unà cum Angelo Cuſtode ſe ſiſtere.

Secundum Præludium eſt humiliter ſupplicare Deo, ut Dominus Deus dignetur dare gratiam, ut conſequamur id quod puncta Meditationis faciendæ continent.

Materia prævidenda.

Quintò. Quicumque vult cum fructu Meditari, pridiè perluſtret materiam. Manè autem ante omnia eandem materiam Meditationis ad juvandam infirmitatem noſtrã, multi doctiſſimè, & piiſſimè ſuppeditarunt.

Meditari quid ſit.

Sextò, Meditari autem eſt ve-

velut in corde depingere myſterium, vel aliquam doctrinam è vita Chriſti, vel perfectionem Dei cum ſuis circunſtantiis, eo fine, ut ex his inſtructionem aliquam ad emendationem vitæ conſequamur.

Poſtquam memoria rem repræſentavit: Intellectus velut quidam oculus, eam, ejuſque partes, ac circumſtantias comprehenſas communi verſiculo.

Circunſtantiæ ad meditationes neceſſariæ.

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quādo.

Contemplatur: poſt hæc voluntas ea, quæ ratio dictavit, ac juſſit, quaſi manu apprehendit.

Affectus in meditatione exercendi.

Septimò. Triplex affectus in

Digitized by Google

in Meditatione exercetur. Primus eſt Doloris 2. Amoris virtutis 3. Amoris Dei: quibus viri ſpirituales tres animæ vias reſpondere dicunt; Purgativam, Illuminativam, & Unitivam.

Octavò. In Meditatione varii affectus occurrunt, qui ad octo referri ſolent. 1. Admirationis. 2. Compunctionis. 3. Compaſſionis. 4 Gratiarum actionis. 5. Spei 6 Lætitiæ. 7. Amoris. 8. Imitationis.

Praxis Meditationis.

Nonò, Ad facilem, & compendioſum uſum eorum, quæ dicta ſunt, poſtquam materiam, ſeu punctum legeris, forma tibi has quæſtiones.

Prima ſit. Quid in hac materia notandum eſt? 2. Quid ponderandum ad profectum? 3. Quos Affectus ex hac ponderatione, ſeu conſideratione elicere debeam. 4. Quomodo,

&

& quibus circumſtantiis, quæ hic proponuntur documenta factis exequar. 5. Quomodo ex his cum Deo meo loquar. Subjunge Colloquium cum Domino Deo, eumque propone ante oculos, & alloquere provt animus ſuggeret.

Meditatio quomodo terminanda.

Decimò. Finita Meditatione oportet perpendere, & breviter ad memoriam redigere præcipuas conſiderationes, quæ nos maximè tempore Meditationis moverunt: concludendo autem gratias agere Deo, & dicere Pater noſter, &c. Ave Maria, &c.

Undecimò. Reperiuntur non pauci, qui in Oratione Mentali initio ſunt aridi circa operationem Intellectus: ſed propterea non debent animum abjicere, exemplo ſanctæ Matris Tereſæ.

AN-

Digitized by Google

ANTE SACRUM

Meditationes ſeptem , pro ſingulis Hebdomadæ diebus .

PRO DOMINICO DIE .

DE REGE.

QUis venit ? Chriſtus Rex benignus , manſuetus ; non jam ad regnandum , ſed ad dicendam Iuſtitiam, dandam ſalutem, &c.

2. *Ad quem?* Ad ſubditum , qui debet *decem millia talenta* (Matth. 18.) qui nec obolum habet , unde incipiat tam grande debitum exſolvere , niſi ab ipſo accipiat, &c.

3. *Ad quid venit* ? Non ut ſervum vendat , non ut omnia accipiat , & filios ſervituti ſubjiciat , ſed ut tribuat

ei

ei pre ium majus debito, corpus, ſanguinem, &c.

FER. II. DE DOMINO.

1. *Quis venit?* Dominus, qui ſervis impoſuit *jugum ſuave* (Matth. 1.) *& onus leve* ſuæ legis, ac pro obſequiis unius momenti, daturus eſt *æternum gloriæ pondus.* (2. Corinth. 4.)

2. *Ad quem?* Ad mancipiũ, quod plus quàm millies legis ſanctiſſimæ vindicula fregit, jugum ſervitutis excuſſit, & adverſario (*peccato*) ſe ſubjecit.

3. *Ad quid?* Ut hoc mancipium *trahat* (Oſe. 11.) *in vinculis.* Adam 1. charitatis, & ereptum à jugo inordinatarum paſſionum, reducat in ſervitutem ſuam omni imperio feliciorem.

FER. III. DE MAGISTRO.

1. *Quis venit?* Magiſter, facilis, non ut illi, qui alligant *onera gravia*. (Matth. 23.) & nolũt ea *digito movere*. (Act. 1.) ſed qui *fecit* prius, quod *docet*, & in via perfectionis homines, Angelos, &c. erudivit.

2. *Ad quem?* Ad rudem Diſcipulum, qui numquam hactenus, vel valdè ſero, ad audiendam doctrinam virtutum venit, & cito per levitatem recedit.

3. *Ad quid?* Ut (*cum ſponſa*) apprehendā eum (*fide,*) & *ducam* (*ſpe*) in domum (*mentis meæ;*). ibi docebit me vias Juſtitiæ, & ego dabo ei viciſſim vinum Sanctorum affectuum.

FER.

FER. IV. DE AMICO.

1. *Quis venit?* Chriſtus Amicus, qui nos pretio ſanguinis redemit, & ad dignitatem amiciſſimorum evexit: qui à nobis deſertus, non deſerit, peccatis irritatus, non contemnit.

2. *Ad quem?* Ad eum, qui toties amicitiam contempſit, gratiæ peccatum præpoſuit, ac ejus familiaritatem pro vaniſſimis hominum colloquiis commutavit.

3. *Ad quid venit?* Ut ſit amicus fidelis, protectio fortis, & eo invento theſaurum habeam, & augeat amicitiam, atque intimus ſemper in me amor ipſius inveniatur, creſcat, & conſervetur.

FER. V. DE FRATRE.

1. *Quis venit?* Vetus Frater, qui licet verus Deus, non confunditur fratris vocatione.

me. Frater *primogenitus*, (Hebr. 2.) cuius tota eſt hæreditas, ſed alios libentiſſimè adoptivos admittit.

2. *Ad quem?* Ad me Fratricidam, quem, ceu Cain, *in agro hujus.* (Gen. 4.) mundi peccatis occidi, & eum quaſi tumulentum amore, non vino acerbiſſima morte mulctavit.

3. *Ad quid?* Ut Fratrem, (à quo occiſus eſt) in vita ſpirituali conſervet, neque profugum, ac vagum ſuper terram eſſe permittat.

FER. VI. DE PATRE.

1. *Quis venit?* Pater (Iſ. 9.) *futuri ſæculi*, & habitantibus (Iſ. 22) Hieruſalem, qui Eccleſię filios verbo veritatis genuit, & eſſe divinum (per gratiam) tribuit, qui nos tenerrime amat, & filios vocat, (1. Ioan.) donec forme-

metur in nobis. (Gal. 4.)

2. *Ad quem venit?* Ad me *filium prodigum*. (Luc. 1.) qui diſſipavit ſubſtantiā gratię divinæ ad ſalutem, inaniter, valde, & inutiliter.

3. *Ad quid?* Ut induat me *ſtola prima*, amictu gratiæ, det, *annulum* donorum cæleſtium, *calceis*, auxiliorum, protegat *pedes*, affectus, ut ſatiet *vitulo ſaginato* (corpore, & ſanguine ſuo,) defendat à fratre majore à ſuperbia; in domo hæreditatis cæleſtis poſſeſſorem faciat.

DIE SABBATI.

DE SPONSO.

1. *Quis venit?* Sponſus, ut *ſponſet*, (Oſ. 2.) in juſtitia, judicio, & miſericordia, fide, miſerationibus, in ſempiternum, quia non vult unquam ab animo recedere. In

ju-

juſtitia, qui a juſtificat: in *judicio*, quia ab adverſitatibus liberat, in *miſericordia*, quia donis cœleſtibus ditat; in *fide*, quia animam non propter opera. ſed propter fidem in Chriſtum, in gratiam admittit

2. *Ad quem*? Ad animam quæ ante peccatis patuit, in *colle* ſuperbiæ, ſub *ligno* frondoſo, creaturarum, amori impuro ſe tribuendo.

3. *Ad quid*? Ut anima compuncta revertatur, & ad lectum dulciſſimæ familiaritatis admittatur. (Hier. 3.) *Revertentem ſuſcipiam te*.

POST SACRUM.

SAcro finito, hymno *Benedicite*, aliiſque orationibus Eccleſiæ recitatis, in locum quietum te recipe, ut antequam ad ulla negotia te convertas, gratias Deo de hoc

hoc cœleſti convivio referas, & hic divinus cibus in ſubſtantiam tuam convertatur. Certè ingratitudo magna eſſet hoc negligere, & ſignum vel mortis ſpiritualis, vel tepiditatis ad mortem diſponentis, quia ignem, (ait S. Bonavent. Tract. de præpar. ad Miſſ. c. 4.) poſuiſti in ſinu, & non ſentis calorem: mel in ore, & non ſentis dulcedinem: & Deus ingratitudinem valde exoſam habet.

Gratiarum actiones ſeptem pro totidem hebdomadæ diebus.

I. DOMINICA.

DE REGE.

1. Vide Salvatorem in medio cordis tui tanquam Regem potentiſſimum: te verò tanquam reum, & multorum pec-

Digitized by Google

peccatorum conſcium, aſtantem, ac veniam , atque miſericordiam petentem .

2. Age gratias de 5. rebus 1. Quòd voce tua panē, & vinum convertit in corpus , & ſanguinem : & adfuit in ſacramento, non ut peccata puniret, ſed quaſi Rex benigniſſimus tibi propitius eſſet . 2. Quod in manibus viliſſimi peccatoris ſeipſum poſuit . 3. Quòd tanta benignitate orationes peccatoris ſordentis audivit. 4. Quod os tuum intravit, & in lingua reſedit. 5. Quod in domuncula imparatiſsima cordis tui habitare conſtituit .

3. Deteſtare coram illo omnia peccata tua in ſæculo, in Religione, &c. commiſſa, magnum dolorem concipe , indulgentiam pete .

4. Dilige eum toto corde , ita ſcilicet , ut deſiderio , ac firmo propoſito nihil illi cō-

tra-

trarium velis: nihil quod ad illum, actu, aut virtute, non tendat ac dirigatur, ita ut illum tibi ac reliquis omnibus præponas.

5. Tandem pete à Domino ſeptem dona, ſimilia illis, quæ B Virgo (*ex Bonav. cap. 3. Medit,*) quotidie petebat. 1. Auxilium efficax, ut præceptum amoris Dei compleas. 2. Vt conſtanter diligas proximos, & quod Deus diligit. 3. Quod odio Deus habet, veriſſime oderis. 4. Vt humilitate, caſtitate, obedientia, contemptu ſæculi, & univerſis virtutibus exorneris. 5. Vt corpus, ac mentem, dignum ſibi habitaculum efficiat.

6. Vt poſt hanc vitam videas oculis carnis SS. ejus humanitatem, & B. Virginem oculis mentis, ipſius divinitatem clarè aſpicias, atque in æternum poſſideas.

7. Vt in hoc templo, & om-

omnibus, qui ſunt in toto orbe, ab univerſis Sacerdotibus fidelibus, dignam venerationem accipiat.

FER II. DE DOMINO.

1. Reſpice Chriſtum in medio cordis tui, ut Dominũ, qui pretio ſanguinis te redemit, teque ipſum veluti ſervum, qui per nouum fervorem, ad ipſum vis redire: atque in omnibus, illi placere concupiſcis.

2. Age gratias, quod in hoc ſacramento præſens adfuerit, ut habitaculum cordis regat, & turbam paſſionum dono mortificationis componat.

3. Quod manibus ſordeſcentis, ac viliſſimi mancipii ſe tractari permiſit.

4. Quod tanta manſuetudine petitiones feras excipit. 4. quod os tuum intravit, & in lingua tua reſedit. 5. Quod

Rex

Rex Regum, quem Cœli non capiunt, in anguſto tugurio mancipii ſui, manere cōſtituit

5. Deſidera, ut ad præſentiam ejus, Domini tui, tota domus cordis tui quieta, & tranquilla ſit: ac ſtatue apud teipſum, te refecturum judicium, voluntatem, affectus, ac ſenſus omnes mortificaturum, & quicquid illi diſplicet, rejecturum.

6. Dilige eum. *Ex tota anima*, ſubmittendo illi vitam, ſolùmque eam conſervando ad obſequium ejus, ac dirigendo cogitationes, verba, opera ad ejus beneplacitum.

7. Poſtula illa ſeptem dona, de quibus ſuprà in prima gratiarum actione, ad finem dictum eſt.

FER. III. DE MAGISTRO.

1. Aſpice Chriſtum *in medio cordis tui*, tamquam Magi-

giſtrum, qui te viam ſalutis docet, & gratiam ad faciendum, quod docet, impertit: Te verò reſpice, quaſi *diſcipulum* ejus, qui ob magnam negligentiam tuam, nihil, aut valde parum ex doctrina ejus profeciſti.

2. Gratias age. 1. Quod præſens adfuit in ſacramento, ut tamquam doctor ſapientiſſimus, viam perfectionis doceat erudiendo, quæ agenda ſint, aut omittenda. 2. Quod manibus diſcipuli pervicacis ſe tractandũ prębuit. 3. Quod tanta miſericordia petitiones diſcipuli, doctrinam cœleſtem poſtulantis, audivit. 4. Quod os intravit, & in lingua reſedit. Quod Magiſter Angelorum, & hominum, in infima claſſe cordis permanere conſtituit, ut te doceat perfectionem, patientiam, zelum animarum, &c.

3.

3. Erubeſce coram eo, quod alienus ſis à doctrina, tiro in via perfectionis, & imitatione ejus, ſtatue te, creata omnia intellectu,& affectu deſerturum, abſcindendo inordinatum amorem creaturarum.

4. Dilige eum *ex tota mente*. 1. Spiritum ab omni eo quod diſplicet mundando. 2. Animā virtutibus ornando. 3. Memoria, intellectu, voluntate ei adhærendo.

5. Tranquillitatem mentis inquirendo, ut Chriſtus in te habitet.

6. Pete ſeptem dona, de quibus ſupra dictum in prima gratiarum actione.

FER. IV. DE AMICO.

1. Reſpice Chriſtum *in medio cordis tui, ut Amicum* fideliſſimum, qui te facturam, & mancipium ſuum, ad ami-

Digitized by Google

citiam ſuam, & familiaritatem extulit: te vero cogita tanquam *amicum menſæ*, vel potius *mercenarium*, qui cum conſolationes recipis, eum diligis; cum autem ad emendationem flagellaris, in dilectione torpeſcis.

2. Gratias immenſas illi age: 1. Quia ſacramento præſens ita fuit, ut te, ſibi factum per gratiam amicum, viſitaret, & tecum colloquia *dulciora ſuper mel, & favum.* (Pſ. 18. 15.) miſceret. 2. Quia manibus *amici parum fidelis*, & tepediſſimè amantis, ſe & ſua bona commiſit. 3. Quia tam gratis auribus petitiones amici, perſeverantiam in amcitia poſtulantis, auſcultavit. 4 Quia os tuum intravit, & in lingua reſedit. 5. Quia amicus ditiſſimus in cõclavi amici pauperrimi ſemper per gratiam ſuam, habitare conſtituit.

3. Pu-

Digitized by Google

3. Pudorem, ac dolorem concipe de nuditate, quia virtutibus nudatus es, ac ſordidis vitiorum pannis contectus. Deſideria virtutum accende, earum præcipuè, quarum magis indiges, eas inſtanter pete, & aliquam (prout tempus tulerit) actibus internis exerce.

4. Dilige Dominũ Deum tuum *ex omnibus viribus*: id autem facies, ſi vires animæ tuæ (memoriam, intellectum, voluntatem) necnon, & ſenſus, ac organa corporis tui, in unione virium, ac ſenſuum ipſius, illi offeras, & eis ſemper, in obſequium ipſius uti conſtituas.

5. Pete ſeptem illa dona, de quibus ſuprà, Feria I. dictum eſt.

FER. V. DE FRATRE.

1. Reſpice Chriſtum Sal-

Digitized by Google

vatorem, *in medio cordis tui*, ut Fratrem tuum natu majorem, ac *primogenitum in multis fratribus*, qui hoſtes patris æterni reconciliavit, & ſuos fratres effecit: teque, ut *fraterculum* ejus meritò minimum, aut potius tali nomine prorſus indignum, quia illi es vita, & moribus valde diſſimilis.

2. Gratias immenſas illi age. 1. Quia in Sacramento præſens adfuit, ut te non inimicum diceret, ſed fratrem agnoſceret; ac tecum paternam hæreditatem divideret. 2. Quia manibus tuis minimi ſcilicet fratris ſe tangendum dedit, ut dum ad eum accedis, *ſuper genua ſua tibi blandiatur*, & te prima elementa virtutis docere dignetur. 3. Quia tanta benignitate petitionis fratris moribus diſſimilis, & converſationis tempore, ipſum tædio affi-

afficientis, audivit. 4. Quia os tuum intravit, & in lingua reſedit.

3. Quia filius primogenitus æterni Patris, in cœlo jam regnans, obſcurum cubiculum fratris, in exilio manentis, non exhorruit, ſed in eo habitare ſuſtinuit.

4. Te à tam amantiſſimo fratre elongatum adverte, & de tua miſeria conquerere, ejus intimam familiaritatem, per donum orationis, ardenter exopta, ac inſtanter poſtula, & omnia ad hoc donum conſequendum neceſſaria tibi præſtanda eſſe propone.

5. Dilige eum *ex omni virtute tua*, quod facies, ſi omni conatu, te omnia mala adverſaturum, & bona in præcepto poſita, & conſiliis evangelicis injuncta, te perfecturũ efficaciter proponas, & fideliter impleas.

6. Petes 7. quæ ſupra dicta ſunt.

FER. VI. DE PATRE.

1. Reſpice Chriſtum Salvatorem *in medio cordis tui*, ut Patrem piiſſimum, qui te, in cruce: non deliciis, ſed doloribus genuit: teque *ut filium prodigum*. (Luc. 15.) ex longa peregrinatione revertentem, poſtquam bona de manu Patris accepta in vitiis dilapidaſti, & beneficio ejus, te bonis, ac miſericordia ejus indigere cognoviſti.

2. Gratias immenſas illi age. 1. Quia in Sacramento præſens adfuit, ut te filium inſanum, ex terra ſteriliſſima, nempe ex te ipſo ad illum revertentem brachiis dilectionis adſtringeret. 2. Quia manibus filii inobedientiſſimi, ſe tangendum, & tractandum tradidit. 3. Quia tãta pietate petitiones filii inobedientis ad eum redeuntis, ac veniam poſtu-

Digitized by Google

ſtulantis, exaudivit. 4. Quia os tuum intravit, & in lingua reſedit. 5. Quia Pater infinito amore digniſſimus non ſolum filium nequam, revertentem in ſuam domum recepit, ſed in ſterliquinio ejus, *nempe in pectore tuo*, manere voluit.

3. Poſitus coram illo, perfectionem, ac ſanctitatem veram, ardenter concupiſce, & poſce: ut ſcilicet à peccatis mundus, & omni virtute exornatus, illi, intellectu, & affectu jugiter adhæreas, & per charitatem parfectam *ab illo*, & *in illo*, & *per illum* vivas.

4. Dilige eum *ex omni fortitudine tua*, ita ſcilicet, ut propter illum vitam (ſi opus fuerit,) & ſalutem corporis, & divitias, voluptates, ac honores deſpicias, & ſine creaturis vivere aſſueſcas.

3.Pete7.ut ſuprà medit.prima.

VII. SABBATO, DE SPONSO.

1. Reſpice Chriſtum Salvatorem *in medio cordis tui* , ut *Sponſum* dulciſſimum, qui animam tuam non quia digna erat adamavit: ſed quia voluit, & ſic ſuæ binignitati complacuit, animamque tuam velut *ſponſam* ejus ipſi vinculo ſtatus clericalis, aut religioſi copulatam, & infinitis beneficiis, & donis adamandum illectam.

2. Gratias immenſas illi age. 1. Quia Sacramenro præſens adfuit: ut te tibi ſpiritualiter jungeret, & amoris caſtiſſimo foveret amplexu. 2. Quia ille qui manibus ſuis *omnia portat*, tuis manibus, ſe tangendum, & ore amoris, ſe oſculandũ obtulit. 3. Quia orationes infidæ *ſponſæ*, eius

aſpi-

aſpectum, & amplexum poſtulantis adivit. 4. Quia os tuũ intravit, & in lingua reſedit. 5. Quia in ſinu tuo tanquam in lecto ſibi deſideratiſſimo, ſemper tecum pauſare decrevit.

3. Afficere erga gloriam æternam, & coge teipſum, ut illam ferventer cupias, & ab hoc ſeculo miſero, emigrare deſideres, dicque illi, tanquam *ſponſo tuo*: (Cant. 1.) *Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi paſcas, ubi cubes in meridie.*

4. Omnes hodie affectus amoris collige, diligeque Deum tuum, orationem aliquantulum protrahens, *ex toto corde* tuo, ex *tota anima* tua, ex *tota mente* tua, & ex *omni fortitudine* tua.

5. Pete 7. ut ſuprà dictum eſt, ut ſupra Meditatione prima.

Digitized by Google

ALIÆ MEDITATIONES SEPTEM

Pro ſingulis diebus hebdomade .

I. DOMINICA.

Sic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum Unigenitum daret.
(Joan. 31. 16.)

1. SIcut olim Deus,ad mundum reparandum , ut Unigenitum ſuum largiretur, elegit B. Virginem ,tanquam inſtrumentum, in qua Dei *Filius* conciperetur , ita nunc ſummum eidem mundo amorem oſtenſurus , eundem filiũ, quo alatur, ac ſuſtentetur,tribuit . Te verò , tanquam inſtrumento ad hoc ipſum utitur, dum panem , & vinum in Sanctiſs. Miſſæ ſacrificio conſecras .

2. *Eleva* itaque te, & conſide-

ſidera attentius, *Quis* ſit, qui donet, nempe ſummus, æternus, & infinitus Deus, ſumme bonus, ſapiens, ac potens; qui ex ſeipſo, ſine ulla alia creatura beatus eſt, cujus amor, non in verbis, ſed in re ipſa, conſiſtit, donumque tanto pluris faciendum eſt, quanto majori amore illud elargitur.

2. *Conſid.* Quid donet ſcilicet *dilectiſſimum, & pretioſiſſimum*, quod habet, Unigenitū ſuum, verum Deum, & verum hominem, qui qua Deus, æquè infinitus, potens, ac ſapiens, atque ipſe Pater eſt: qua homo, habet omnes Theſauros ſapientiæ, ac charitatis Dei, venit ad nos, velo panis, & vini tectus: quia alias Mundus ſplendorem ejus infinitum ferre non poſſet.

4. *Conſid.* Cui det? Toti Mundo, non tantum Principibus, Prælatis, &c. ſed Chriſtia-

ſtianis omnibus, inter quos non pauci valde ſunt abjecti, peccatores, &c. ut eo omnes nutriantur, & gratiis eius, quas in communione concedit, roborentur.

5. Per Quod Medium? Per Sacerdotem, quia in ejus voluntate hanc poteſtatē ſtatuit, quandocumque ille, quiſquis fuerit, panem, & vinum conſecrarit. Quare dignum eſt, ut ſummo cum honore, & humilitate accedat.

II. DIE LUNÆ

Qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non omnia cum ipſo donare? (Rom. 8.)

1. *Conſid.* Liberalitatem æterni Patris, qui omnia in tuū commodum creavit, quia *omnia*, (1. Corinth. 3.) *veſtra ſunt ſive præſentia, ſive futura.* Cujus charitas etiam Unige-

nitum, quem ſibi æqualem in æternitatem genuit, tibi donat, non tantum, ut ſemel mortuus redimeret, ſed quotidie oblatus vitam repararet.

2. *Conſid.* Quid? Unà cum hoc dono omnia pariter tibi tradidit titulum ſcilicet, quo omnia obtineas. Hinc dat Angelos, qui te cuſtodiant, ac juvent: dat gratias, & virtutes, quibus exorneris, & ſanctificeris: dat merita, & ſatisfactiones filii, ut tuas ſuppleas: dat temporalia, quibus proſunt: dat æternas, ut ſpe, ea obtinendi, lætificeris: dat ſeipſum, ſupremum bonum, ut eũ hic contempleris, & in beatitudine, ipſo per claram viſionem fruaris. In horum omnium pignus, dat Unigenitum, his ſpeciebus tectum, ut ſatieris, imò dat eundem, in oblationem, quam quotidie offeras, & per eam quæcumque petieris, ob-

obtineas. Et ne timeas repulſam, quia tu, licet Sacerdos non ſatis dignus es, ipſemet Unigenitus eſt *Sacerdos ſimul, & hoſtia*: ut petat, & exaudiatur pro te. Ergo, & tu vide, ut talem patrem ames, eique confidas, pro tali filio vitæ, & animæ tuæ non parcas, ſed ejus obſequio te, ac res tuas omnes conſecra, ut hanc tui ipſius oblationem ſuſcipere non dedignetur.

III. DIE MARTIS.

Ego ſum Paſtor bonus: Bonus Paſtor dat animam ſuam pro ovibus ſuis. (Joan. 10.) Quoniam (Marci 10.) dicitur: *Nemo eſt bonus niſi ſolus Deus.*

1. *Conſid.* Chriſtum Paſtorem eſſe verum Deum, bonum per eſſentiam, immò, & bonitatem infinitam, atque omnis boni fontem. Hinc, cum bonum ſit objectum amoris; in-

infinito amore dignus eſt, quo eum merito, ſi tantum poſſes, amare deberes.

2. *Conſid.* In quo ſit Paſtor bonus? Quia ſcilicet facit omnia, quæ paſtor bonus facere poteſt, pro ovibus ſuis. Deſcendit de cœlo, ut eas redimeret: vitam expoſuit, ut illæ viverent: ſanguinem fudit, ut hoc velut lytro liberarentur, nec his contentus, quotidie de cœlo deſcendit, ut eas corpore, & ſanguine paſcat, ac ſatiet: Nec ſibi quicquam quærit, ſed ovibus omnia.

3. *Conſid.* Per quem tradat? ne paſtus hic in terra deeſſet, curam ejus deferendi, tibi commiſit: ut pro te, atque omnibus ovibus hunc panem dulciſſimum, *per conſecrationem*, præſentem facias.

4. *Conſid.* Pro Quo? Oves offerri ſolent, ceu ſacrificium in omnium commodum: at

hic

hic ipſemet paſtor ſeipſum in commodum, immò in cibum, ac potum ovium ſuarũ offert. Quare dignum eſt, ut tu etiam ſimile præſtes, atque ad ejus gloriam te ipſum in ſacrificium ei offeres, jugulans in te, quicquid ei adverſatur.

IV. DIE MERCURII.

Ego ſum vitis, vos palmites; qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. (Joan. 15.)

1. *Conſid.* Quod Chriſtus, Deus, & homo, ſit *vitis*, ex quo Eſſe, & virtutem omnem accipiunt homines, qui ſunt palmites, modo ipſi uniti ſint. At quomodo fiet unitio, ſi vitis in cœlo ſit, & palmites in terra? Deus poteſt hoc præſtare, res valdè diſtantes uniendo inter ſe, etiam ſi neutra locum deſerat. Itaque vitis (licet in cœlo manens) tecta

ƈta accidentibus, in domum Iuſti, tanquam veri palmitis deſcendit, ut ei per amorem uniatur.

2. *Conſid.* Quod fructu fit hæc conjunctio? Eo ſcilicet, ut talis ſit palmes, qualis vitis, quæ in illum influit, ac fructus proferat tali vite dignos, nempè fructus charitatis, miſericordiæ, temperantiæ, caſtitatis, obedientiæ, patientiæ, ſimiles illis, qui fuerunt fructus Chriſti, qui ſe dat in cibum, & potum tuum, ut ei aſſimileris: quia communiter tales in hominibus humores generantur, quales fuerint cibi, quibus nutriuntur. Ei itaque conjugaris, ne ab eo ſeparatus, ad omnia inutilis fias, præterquam ad ignem, ut in æternum ardeas.

3. *Conſid.* Sacerdotes ipſi ſunt divinæ hujus unionis inſtrumenta, dum verbis conſecrant, vitem illam præſentem fa-

faciunt, & cùm eam homini-bus porrigunt, tanquam pal-mitibus conjungunt, ſicut ip-ſe Dominus dixit, (Joan.6.) *Qui manducat meam carnem, in me manet, ego in eo*: manet in me, & vivet propter me: ſi-cut palmes vivit, ac ſuo tem-pore vireſcit, fructus fert, &c. quamdiu viti conjungitur.

V. DIE JOVIS.

Ego ſum via veritas, & vita. (Joan.14.)

1. *Conſid.* Quod Chriſtus ſit via ſalutis, & perfectionis, per quem ad Patrē cœleſtem eundum eſt. Per hunc enim ſolum illi placebis, gratiam-que in oculis ejus invenies. *Via*, per quam ad vitam per-venies, & ad præmium, in hac vita peregrinantibus per fidem, promiſſum. *Via* per quam ad ſanctitatis culmen, & contemplationis montem aſ-

aſcenditur. Per eam enim vera humilitas, obedientia, patientia, aliarumque virtutũ perfectio obtinetur, immò communium neceſſitatum tã corporalium, quam ſpiritualium remedium, necnon ipſorum omnium deſideriorum complementum partim per oblationem hujus ſacrificii, partim per ſumptionẽ ipſam. *Surge* itaque, & *manduca* viaticum, ut cum Helia (3. Reg. 19.) ad montem *Dei pervenias*.

2. *Conſid.* Idem Chriſtus eſt *veritas*, quam omnia ſacrificia, ſacramenta, ac ceremonię veteris legis ſignificabant. In eo veram ſanctitatem, quã vetera illa innuebant quidem, ſed non largiebantur. *Veritas*, in qua veritates omnes, quas fide credere opus eſt, ſummariè continentur; idemque hoc ſacramentum per excellentiã dicitur *Myſterium fidei*, quia in eo creditur Filii Dei divini-

nitas, omnipotentia, Majeſtas infinita, immò & proceſſio à Patre, Incarnatio, Paſſio, ac mors ipſa cum fructibus ſuis. Excita itaque fidem tuam, quia eum hic præſente habes, qui nec fallere poteſt, nec ea quæ promiſit, prætermittet. Eſt denique *Veritas*, cui conformari debent quicumque vivunt, & in *veritate* agunt, ſine ulla fraude, ac fictione. Huic Veritati te conforma, & non aberrabis.

3. *Conſid.* Quod ſit *Vita*, ſine qua, quicquid eſt, *Mors* eſt. Eſt *vita animæ* tuæ, ideoque in hoc ſacramento eſt; ut qui eum ſumpſerit, *Vitam gratiæ*, eamque copioſam accipiat: *vita etiam*, quia ipſe eſt *reſurrectio*, & *vita*. Et quamvis hic ſemel moriaris, ille tamen te glorioſum ſuſcitabit. Eſt *Vita beata*, quia qui manducat hunc cibum, *vivet in æternum*, & ſuo tempore ſuſcita-

bi-

bitur cũChriſto,ut in æternum regnet. *Vita*, cui debes vitam tuam cunformare, ut cum Apoſtolo. (Gal 2) dicas. *Vivo ego jam non ego vivit vero in me Chriſtus*. Denique eſt *Vita*, quam omni ſtudio quærere debes in præmium omnium laborum tuorum, ut eum videas, ames, eoque fruaris in æternum.

VI. DIE VENERIS.

Quamdiu ſum in mundo, lux ſum mundi. (Joan. 9.)

1. Verba ſunt Salvatoris prolata inſanatione cęci nati, quem curavit expuens in terram, & facto luto, linivit ſuper oculos ejus. In quo miraculo ſignificabatur unio perſonæ Verbi divini cum natura humana per quam unionem, Lux ſpiritualis cœcis conceſſa eſt. Idipſum præſtat, adhuc hodie *in hoc Sacramento*

in

in quo verbum Incarnatum cum accidentibus terrenæ ſubſtantiæ conjunctum, lucem ſe recipientibus confert. Itaque animo perluſtres omnia loca in quibus fuit, jnvenies eum vere fuiſſe Lucem Mundi. Cum enim in Bethelehem naſceretur, claritas Dei circumfulſit paſtores: In Epiphania, Reges quidem exterius per ſtellam, ſed multo clarius per ſeipſum interius colluſtravit: In Purificatione, ita Simeon ſanctiſſimo ſeni illuxit, ut eum Lumen ad revelationem gentium appellaret, & de initio prædicationis ait (Iſaias cap. 9.) *Sedentibus in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis*: qui toto vitæ ipſius tempore perſeveravit, donec in cruce expiraret, *ne tenebræ* fierent *ſuper terram à ſexta uſque ad nonam*, quia ſcilicet Chriſtus, *Lux mundi*, inde deſcendit ad Limbũ Patrum, in

in inferiores partes terræ, ut locum illum tenebroſum illuſtraret, quin & cœlum ipſum Empyreum novam ex ejus aſcenſione *Lucem* accepit, de qua dicitur (Apoc. 2.) *Claritas Dei illuminat illam, & lucerna ejus eſt Agnus.*

2. *Conſid.* Ne Chriſto hinc abeunte, perpetuæ tenebræ mundum occuparent, ſapientia divina modum invenit, quo idem ille, qui cœlum illuminat, mundum etiam inferiorem (inde tamen non penitus deſcendendo) præſens licet velo accidentium tectus, colluſtraret, adeò ut intra communicantis viſcera receptus, eum ita illuminet, itaut in paradiſum eum convertat.

3. *Conſid.* Quos effectus hic Sol in anima efficiat? Implet enim illam divinarum inſpirationum *ſplendore*, quo fidei lumen amplius illuſtratur,

gratiæ fulgor augetur , ignis charitatis accenditur , & virtutum omnium affectus exſtimulantur, ut potentiæ omnes opera ſua , cum lætitia , ſicut ad ſolis præſentiam in hoc mundo viſibili accidit , exequantur .

Quare *accede, & tu ad* Deum, *ut illumineris, & facies tua non confundatur .*

VII. SABBATO.

Ecce ſponſus venit , exite obviam ei . (Matth. 2.)

1. *Conſid.* Quis ſit *Sponſus*? cujus nomen recitetur , quia eſt ineffabile , & admirabile , ipſum ſcilicet *verbum divinum* , quod in thalamum Virginis venit , ut nuptias cum humana natura celebraret , conjungens eam ſecum in unitate perſonæ . Idem ille nunc è cœlo deſcendit panis accidentibus tectus ; ut in tha-

thalamo cordis tui, animam tuam ſibi deſponſet: at quis, quantuſque eſt? Filius æterni Patris, & ſplendor gloriæ ejus, quo nemo pulchrior, ditior, potentior, in quo repoſiti ſunt omnes theſauri infinitarũ divitiarum. Et quamvis tectus ad te veniat, intus autem totam Majeſtatem, & amplitudinem ſecum defert, & cum eadem gloria eſt in Cœlo, & in hoc Sacramento.

2. *Conſid. Quæ ſponſa?* anima tua, quæ quantum ille pulchritudinis, tantum habet deformitatis, quæ tot peccatis fœdata eſt, neque fidem illi hactenus ſervavit: & tamen tam bonus ille, ac benignus eſt, ut non tantum parcat adulteræ; ſed iterum ad eam redeat, amicitiam denuò cum illa, ſi velit, initurus, dicens. (Hier. cap. 3.) *Revertere ad me, & ſuſcipiam te.*

3. *Conſid.* Qualis ſit hæc

Digitized by Google

conjunctio? major quàm in aliis nuptiis, quia ibi conjuges fiunt una caro, hic fiunt unus Spiritus. Unus 1. Propter unionem charitatis. 2. Propter conformitatem voluntatum. 3. Propter ſimilitudinem in actionibus. 4. Unus in rebus omnibus, quæ ad alterum ſpectant, quia uterque eas accipit tãquam proprias.

4. *Conſid.* Qui ſint *Effectus*? amicitia intima, familiaritas maxima, in oratione, in deliciis contemplationis, fiducia ingens in petendo, efficacitas in impetrando, ſolida rerum temporalium renuntiatio, in ſolis æternis quærendis voluptas, lætitia in adverſitatibus, in aliis juvandis zelus. Immò ut uno verbo dicatur, Conjuges ſunt, habent bona communia, Anima habet ſponſum Deum: quomodo non etiam omnia cum ipſo habebit? attende,

jam

jam ſponſus te accedit? orna te virtutibus, ut ei obviam prodeas, neque ab ipſo rejiciaris tamquam ea, quæ *neque oleum in lampade habeat, neque veſtem nuptialem, ut admittatur ad nuptias, nec ejiciatur foras, ligatis manibus, & pedibus in tenebras exteriores.*

Septem

CONSIDERATIONES

Ad devotè Communicandum, ex Oratione Dominica deſumptæ, & ad ſeptem dies Hebdomadæ applicatæ.

DIE DOMINICO.

IN hoc Auguſtiſſimo Sacramento, animo revoluenda prima Petitio Orationis Dominicæ; quæ ſequitur. (Matth. 6. Luc. 11.)

Pater noſter, qui es in cœlis: ſanctificetur nomen tuum, &c.

nobis hodie . Adeſt enim Chriſtus Dominus in Altari , tanquam providus œconomus , & fidelis diſpenſator , qui providet ſingulorum neceſſitatibus , datque eſcam omni carni : hominumque maximæ indigentiæ , & inopiæ tam corporali , quàm ſpirituali , tam opportunè conſulit .

Super cœleſtis hujus panis qualitates meditandæ, & quæ (Matthæi 6. & Luc. 12.) ſcripta ſunt : *Attendite ad volucres cæli* , &c. Age gratias quas poteris maximas tam munifico Patri nutritio : & pete, ut nunquam tibi deſit iſte Panis Angelicus .

FERIA V.

Aſſumitur Quinta Petitio ; *Et dimitte nobis debita noſtra ; ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris* . Ipſe eſt enim Redemptior noſter , qui dimittit peccata , & tollit in proprios hume-

humeros omnes omnium iniquitates pretio vitæ ſuæ nos redimens. Ipſe eſt qui in Cruce ſatisfecit pro omnibus noſtris reatibus, & pro ſuis Crucifixoribus exoravit. Age & tu ſimiliter in Altari, & ſi vis dimitti, dimitte, &c.

FERIA VI.

Aderit Sexta Petitio, *Et ne nos inducas in tentationem*. In hac enim menſa cœleſti adeſt Chriſtus, velut protector, & adjutor omnipotens, cujus authoritati, & potentiæ non poteſt reſiſtere totus mundus; nec ipſius inferni machina. Legitur enim; (Abac. 3.) *Deus ab Auſtro veniet, & ſanctus de monte umbroſo*, ſive *condenſo*, &c. *Cornua in manibus ejus. Ibi abſcondita eſt fortitudo ejus, ante faciem ejus ibit mors.*

Fidelis Deus, qui non patitur nos tentari ſupra id quod poſſumus, ſed dat cum

in quo verbum Incarnatum cum accidentibus terrenæ ſubſtantiæ conjunctum, lucem ſe recipientibus confert. Itaque animo perluſtres omnia loca in quibus fuit, jnvenies eum vere fuiſſe Lucem Mundi. Cum enim in Bethelehem naſceretur, claritas Dei circumfulſit paſtores: In Epiphania, Reges quidem exterius per ſtellam, ſed multo clarius per ſeipſum interius colluſtravit: In Purificatione, ita Simeon ſanctiſſimo ſeni illuxit, ut eum Lumen ad revelationem gentium appellaret, & de initio prædicationis ait (Iſaias cap. 9.) *Sedentibus in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis*: qui toto vitæ ipſius tempore perſeveravit, donec in cruce expiraret, *ne tenebræ* fierent *ſuper terram à ſexta uſque ad nonam*, quia ſcilicet Chriſtus, *Lux mundi*, inde deſcendit ad Limbũ Patrum,

in

in inferiores partes terræ, ut locum illum tenebroſum illuſtraret, quin & cœlum ipſum Empyreum novam ex ejus aſcenſione *Lucem* accepit, de qua dicitur (Apoc. 2.) *Claritas Dei illuminat illam, & lucerna ejus eſt Agnus.*

2. *Conſid.* Ne Chriſto hinc abeunte, perpetuæ tenebræ mundum occuparent, ſapientia divina modum invenit, quo idem ille, qui cœlum illuminat, mundum etiam inferiorem (inde tamen non penitus deſcendendo) præſens licet velo accidentium tectus, colluſtraret, adeò ut intra communicantis viſcera receptus, eum ita illuminet, itaut in paradiſum eum convertat.

3. *Conſid.* Quos effectus hic Sol in anima efficiat? Implet enim illam divinarum inſpirationum *ſplendore*, quo fidei lumen amplius illuſtratur,

Digitized by Google

gratiæ fulgor augetur, ignis charitatis accenditur, & virtutum omnium affectus exſtimulantur, ut potentiæ omnes opera ſua, cum lætitia, ſicut ad ſolis præſentiam in hoc mundo viſibili accidit, exequantur.

Quare *accede, & tu ad* Deum, *ut illumineris, & facies tua non confundatur.*

VII. SABBATO.

Ecce ſponſus venit, exite obviam ei. (Matth. 2.)

1. *Conſid.* Quis ſit *Sponſus*? cujus nomen recitetur, quia eſt ineffabile, & admirabile, ipſum ſcilicet *verbum divinum*, quod in thalamum Virginis venit, ut nuptias cum humana natura celebraret, conjungens eam ſecum in unitate perſonæ. Idem ille nunc è cœlo deſcendit panis accidentibus tectus; ut in tha-

thalamo cordis tui, animam tuam ſibi deſponſet: at quis, quantuſque eſt? Filius æterni Patris, & ſplendor gloriæ ejus, quo nemo pulchrior, ditior, potentior, in quo repoſiti ſunt omnes theſauri infinitarũ divitiarum. Et quamvis tectus ad te veniat, intus autem totam Majeſtatem, & amplitudinem ſecum defert, & cum eadem gloria eſt in Cœlo, & in hoc Sacramento.

2. *Conſid. Quæ ſponſa?* anima tua, quæ quantum ille pulchritudinis, tantum habet deformitatis, quæ tot peccatis fœdata eſt, neque fidem illi hactenus ſervavit: & tamen tam bonus ille, ac benignus eſt, ut non tantum parcat adulteræ; ſed iterum ad eam redeat, amicitiam denuò cum illa, ſi velit, initurus, dicens. (Hier. cap. 3.) *Revertere ad me, & ſuſcipiam te.*

3. *Conſid.* Qualis ſit hæc

Digitized by Google

conjunctio? major quàm in aliis nuptiis , quia ibi conjuges fiunt una caro , hic fiunt unus Spiritus . Unus 1. Propter unionem charitatis . 2. Propter conformitatem voluntatum . 3. Propter ſimilitudinem in actionibus . 4. Unus in rebus omnibus , quæ ad alterum ſpectant , quia uterque eas accipit tãquam proprias .

4. *Conſid.* Qui ſint *Effectus*? amicitia intima , familiaritas maxima , in oratione , in deliciis contemplationis , fiducia ingens in petendo , efficacitas in impetrando , ſolida rerum temporalium renuntiatio , in ſolis æternis quærendis voluptas , lætitia in adverſitatibus, in aliis juvandis zelus . Immò ut uno verbo dicatur , Conjuges ſunt, habent bona communia, Anima habet ſponſum Deum : quomodò non etiam omnia cum ipſo habebit? attende ,

jam ſponſus te accedit? orna te virtutibus, ut ei obviam prodeas, neque ab ipſo rejiciaris tamquam ea, quæ *neque oleum in lampade habeat, neque veſtem nuptialem, ut admittatur ad nuptias, nec ejiciatur foras, ligatis manibus, & pedibus in tenebras exteriores.*

Septem

CONSIDERATIONES

Ad devotè Communicandum, ex Oratione Dominica *deſumptæ, & ad ſeptem dies Hebdomadæ applicatæ.*

DIE DOMINICO.

IN hoc Auguſtiſſimo Sacramentò, animo revoluenda prima Petitio Orationis Dominicæ; quæ ſequitur. (Matth. 6. Luc. 11.)

Pater noſter, qui es in cœlis: ſanctificetur nomen tuum, &c.

Chriſtus enim Dominus in hoc ſacro myſterio , ut ſanctitas ipſa attendendus , dignus omni ſanctitate , & puritate , quæ promovenda eſt ubique , & in omnibus pro poſſe noſtro . Ipſe ſiquidem ita præcepit, (Joan 17.) *Sancti eſtote , quoniam ego ſanctus ſum .*

Pete ab eo hanc ſanctitatem , & puritatem tibi , & proximis .

FERIA II.

Occurrit Secunda Petitio , *Adveniat regnum tuum.* Et ideò velut Rex potentiſſimus Salvator noſter hic conſiderandus , & veniens . Ejus attributa ponderanda . Cum ſic ad nos accedit , tunc fit quod legitur , (Luc. 17.) *Regnum Dei intra vos eſt .*

Ubi enim Rex ibi Curia ; ubi Rex ibi Regnum, quod inceſsāter petere debemus omnibus

nibus aliis rebus, creatis poſtpoſitis; & conſtanter neglectis.

FERIA III.

Inſerviet Tertia Petitio; *Fiat voluntas tua ſicut in cœlo, & in terra*. Hic enim velut ſupremus Dominus immenſę auctoritatis contemplandus Cœli, & Terræ moderator, cujus voluntati cuncta ubique obediunt, & obtemperant, excepto ſolo Homine; licet ei, quam maximè devincto, & obligato. Ejus imperii, & Dominationis, qualitates ſuper eminentes recogitandæ. Contende, & propone ei te ſimiliter ubique, & in omnibus humiliter, & voluntariè ſubjicere; & obedire.

FERIA IV.

Offert ſe Quarta Petitio, *Panem noſtrum quotidianum da*

Digitized by Google

nobis hodie. Adeſt enim Chriſtus Dominus in Altari, tanquam providus œconomus, & fidelis diſpenſator, qui providet ſingulorum neceſſitatibus, datque eſcam omni carni: hominumque maximæ indigentiæ, & inopiæ tam corporali, quàm ſpirituali, tam opportunè conſulit.

Super cœleſtis hujus panis qualitates meditandæ, & quæ (Matthæi 6. & Luc. 12.) ſcripta ſunt: *Attendite ad volucres cœli*, &c. Age gratias quas poteris maximas tam munifico Patri nutritio: & pete, ut nunquam tibi deſit iſte Panis Angelicus.

FERIA V.

Aſſumitur Quinta Petitio, *Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Ipſe eſt enim Redemptior noſter, qui dimittit peccata, & tollit in proprios hume-

humeros omnes omnium iniquitates pretio vitæ ſuæ nos redimens. Ipſe eſt qui in Cruce ſatisfecit pro omnibus noſtris reatibus, & pro ſuis Crucifixoribus exoravit. Age & tu ſimiliter in Altari, & ſi vis dimitti, dimitte, &c.

FERIA VI.

Aderit Sexta Petitio, *Et ne nos inducas in tentationem*. In hac enim menſa cœleſti adeſt Chriſtus, velut protector, & adjutor omnipotens, cujus authoritati, & potentiæ non poteſt reſiſtere totus mundus, nec ipſius inferni machina. Legitur enim; (Abac. 3.) *Deus ab Auſtro veniet, & ſanctus de monte umbroſo*, ſive *condenſo*, &c. *Cornua in manibus ejus. Ibi abſcondita eſt fortitudo ejus, ante faciem ejus ibit mors.*

Fidelis Deus, qui non patitur nos tentari ſupra id quod poſſumus, ſed dat cum

tentatione proventum. *Si conſiſtant adverſum me caſtra*, ait Regius Pſaltes, *non timebit cor meum*, &c. Suſtine ergo illum; & ſpera in eo.

SABBATO.

Proponitur Septima Petitio, *Sed libera nos à malo. Amen.* Hic enim occurrit Chriſtus, tanquam Pater miſericordiarum, à miſeriis noſtris nos ſua infinita bonitate eruens; & nullis noſtris meritis nos potenter liberans à cunctis adverſitatibus noſtris. Venit enim ad nos in ſacra communione ad noſtras infirmitates omnimodè ſublevandas. Roga, & pete, ut non te deſerat; ne ſuccumbas, & pereas: & cum Propheta ex corde gratias habe dicendo; *Benedic, Anima mea Domino, & omnia, quæ intra me ſunt nomini ſancto ejus: Benedic, Anima mea Domino, & noli oblivisci omnes*

retri-

retributiones ejus, &c. (Pſalm. 103.) Et conclude, *recitando Pater noſter*, &c.

ALIÆ MEDITATIONES de ſeptem Virtutibus.

CElſiſſimũ hoc Sacramentum eſt ſimul, & *memoriale* (Pſal. 120) *mirabilium Dei*, & ſumma quædam myſteriorum fidei noſtræ, ideoque ſufficeret ad meditationes totius peregrinationis noſtræ. Quia Deus, uti nobis hic animæ alimentum dedit, ita etiam aliam tribuit refectionem pro intellectu, ut evolvat, & explicet tot myſteria abdita, quæ in hoc uno continentur. At de utroque intelligi poteſt illud (Eccleſiaſtici cap. 15.) *Cibavit illum pane vitæ*, in ipſa communione, & *intellectus* in Meditatione, & *aqua Sapientiæ ſalutaris potavit illum*, in manifeſta-

tione ſupremorum myſteriorum, quæ in hoc uno Sacramento continentur. Et quidem ſummam aliquam horum poſuit in 7. Virtutibus heroicis, quas hic exercet, & ſunt.

1. *Humilitas*, qua ſuam amplitudinem, & ſplendorem regens, eo ſe demittit, ut ſiat cibus hominum.

2. *Obedientia*, cum ad ipſa verba conſecrationis, venit de cœlo ad Sacramentum, in quo ſinit ſeipſum, hinc indè portari, pro voluntate hominum.

3. *Miſericordia*, faciens ſeipſum medicum, & medicamentum pro noſtris infirmitatibus, & perſonaliter ad eas reparandas deſcendens.

4. *Liberalitas*, cum benedictiones ſuas ſpirituales, larga, & profuſa manu per hoc myſteriū nobis largitur, dans ſe, & omnia ſimul.

5. *Cha-*

Digitized by Google

5. *Charitas*, cùm vult eſſe ſemper nobiſcum, & quidem omnibus unitus per maximam unionem, quæ mortalis hujus vitæ ſtatui conveniat.

6. *Patientia*, cum injurias tolerat, & contemptus, quos patitur quotidiè in hoc Sacramento ab iis, qui indignè illud tractant, tam hæreticis, quàm peccatoribus.

7. *Perſeverantia*, in rebus omnibus, uſque ad finem Mundi, & in ſingulis hoſtiis, quamdiù ſacramentalis ſpecies perdurabit. Et hæ 7. Virtutes poſſunt ſufficere pro 7. aliis hebdomadæ diebus.

ALIÆ

ALIÆ PRO VARIIS Anni temporibus

QUemadmodum Eccleſia Catholica ſciens varietatem exercitiorum ſolere tollere tædium eorum, voluit infirmitati noſtræ ſeſe accommodare, dividens annum in diverſa tempora. *Adventus* ſcilicet, *Quadrageſimæ*, *Paſchatis*, &c atque aſſignare ſingulis diverſa officia, tam in ſacro ipſo, quàm in ſeptem horis Canonicis, ut hæc varietas, novitate, quàm ſecum affert devotionem, foveat. Propter eamdem cauſam, accommodando nos ſpiritui Eccleſiæ, decet, ut meditationes varias diverſis anni temporibus accommodatas, aſſumamus puncta indicando, quæ fuſius in opere Meditationum explicantur.

TEM-

TEMPORE ADVENTUS.

Prima pars anni Eccleſiaſtici, eſt *Adventus*, in quo Eccleſia agit de pręparatione ad Nativitatem. Hæ meditationes pro hoc tempore uſui eſſe poterunt.

I. DOMINICA.

De *Adventu Dei Iudicis ad Adamum*.

1. *Conſid.* Quomodo Adamus in paradiſo peccarit comedendo pomum ſibi à Deo prohibitum.

2. *Conſid.* Quomodo Deus, peccato admiſſo, venerit, ut eum paradiſo excluderet, & mortis ſententiam, quam erat meritus intimaret.

3. *Conſid.* Mox officio Judicis, in paternum amorem commutato, cum iratus eſſet,

mi-

miſericordiæ recordatus eſt, promittens Adamo *Mediatorem*, & *Redemptorem*, revelato Sacroſanctę *Incarnationis* myſterio, ad ejus miſerias relevandas.

4. *Conſid.* Quantum Adamus hac promiſſione conſolatus fuerit, gratumque animum oſtenderit, pro tam excelſo beneficio, glorificando Deum ita benignum, ut infinitos favores, & gratias promitteret ei, qui æterna tormenta ſe promeritum agnoſcebat. Atque hinc toto vitæ tempore vixit cum ſummo deſiderio vidēdi Salvatorem, per quem tanta beneficia ſe accepturum ſperabat.

Applicatio. Hic idem *Salvator*, in hoc ſanctiſſimo Sacramento ad te venit, ut te viſitet. Et quamvis peccata tua digna erant, quibus ſe Judicem ſeverum exhiberet, eaque puniret; non tamen

ea ratione jam venit; ſed ſicut Pater miſericors, ut hoc divino cibo, tibi indulgeat: quia panis eſt vitæ deſtinatus ad reparanda damna, quæ intulit alterius cibi ſumptio. Per hunc ſiquidem liberaberis à morte, & reſtitueris paradiſo gloriæ, & vitę ęternę. Et propterea hic panis divinus ſignificatus fuit, per fructuum *arboris vitæ*, quę erat in medio paradiſi.

II. DIE LUNÆ.

De SS. Patrum deſideriis.

1. *Conſid.* Patres antiqui illuſtriorem habebant notitiam *Adventus Salvatoris*, in Mundum, quem orationibus, ſacrificiis, aliiſque ſanctis actionibus ſemper ſollicitabãt dicentes: (Pſal. 84.) *Oſtende nobis Domine, miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis.*

bis. (Ita Pſal. 105.) *Viſita nos in ſalutari tuo*. Veni Domine, & noli tardare, relaxa facinora plebi tuæ.

2. *Conſid*. Iidem Sancti, cum in vita ſua, hujus deſiderii compotes non fierent, etiam poſt mortem idipſum, in ipſis permanſit; in obſcuro illo limbi carcere, ubi petentes promiſſum ſibi reparatorem, clamabant dicentes (Iſa. 45.) *Rorate cœli deſuper, & nubes pluant juſtum aperiatur terra, & germinet Salvatorem*.

3. *Conſid* Ita perſeverarunt per aliquot annorum millia, in eodem deſiderio, ſemper petentes, & clamantes ad Deum, donec tandem venit felix illud tempus, quo hoc myſterium fuit expletum, tempus inquam, quo nos fruimur.

Applicatio. Longè feliciores nos ſumus, ad quos *Sal-*

vator

Digitized by Google

vator noſter quotidiè venit è Cœlo deſcendens ad viſitandos habitatores terræ, ut immenſis donis, ac beneficiis cumulet eos, qui ferventer ejus adventum ſpiritalem in animas ſuas expectant, expetunt, atque ad illum digne ſe præparant. Proindè jure optimo nobis dici poteſt. (Luc. 10.) *Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis.*

III. DIE MARTIS.

De *Colloquio Angeli, & B. Virg.*

1. *Conſid.* Quantum ſit beneficium, & quanta dignitas, quòd Angelus Gabriel à Deo miſſus ſit ad B. Virginem Legatus, ut ſupremam dignita tem (ut eſſet *Mater Dei*, nuntiaret.)

2. *Conſid.* Quantà reverentia illam ſalutaverit, dicens, *Ave gratia plena, Dominus tecum.*

cum . Et ſtupefacta ait : *Ne timeas Maria , quoniam inveniſti gratiam apud Deum* : adhuc dubitanti de modo addit: *Spiritus Sanctus ſuperveniet in te* .

3. *Conſid.* Quomodo B. Virgo magna humilitate , obedientia , ac fiducia dixerit , *Ecce ancilla* .

Applicatio. Eodem modo divina inſpiratio , ſeu bonus ſpiritus, venit ad animam puram pii Sacerdotis , & ad communionem ſe præparantis , dicens : *Ave* , anima pia , quæ juxta capacitatem tuam es *gratia plena.* Propter quam, & *Dominus tecum* eſt , & nunc recens ad te venire vult , ut maneat apud te . Si autem ex tantæ majeſtatis conſideratione puſillanimis fias, addit: *Ne timeas* , quia *inveniſti gratiam apud* Deum , qui te miniſtrum elegit , ad hoc divinum ſacrificium offerendum , optatque intra cor tuum , ſibi hoſpi-

hoſpitium collocare. Si de modo tanti myſterii dubitas, ait: *Spiritus Sanctus ſuperveniet in te, &c.* Spiritus ille, qui te implevit cum Sacerdos factus es: ille nunc in te etiam ſuperveniet, ut in hoc myſterio ritè præſtando, ſe adjuvet, & virtus Altiſſimi, gratia ſua te protegens, ita obumbrabit, ut cum puritate ipſum, hoſpitio ſuſcipias. Itaque excitare, & tu pariter dicens: Ecce ſervus Domini indignus, qui ejus Sacerdos ſim. *Fiat*, in me, & per me, juxta verbum ejus. Ipſe potens eſt facere, quod dicit, ut cum S. Auguſtinus dicas: *Domine, da quod jubes: & jube quod vis.*

IV. DIE MERCURII.

De Myſterio Incarnationis.

1. *Conſid.* Quod Filius Dei hoc myſterio optimè contentus

tus fuerit. 1. Quia videbat ſe impleſſe id, quod hominibus promiſerat, ad eorum reparationem.

2. Quod Patrem cœleſtem glorificaverit, a quo in mundum miſſus erat, atque ita obtulit ſe Patri æterno, ad parendum ei in omnibus uſque ad mortem.

3. *Conſid.* Quod idem Filius, magno amore: animam, & corpus ſacratiſſimum complexus ſit cum certo animi decreto nunquam deſerendi, quod ſemel accepit. Itaque, & animam in illo primo inſtanti innumeris bonis replevit: & corpori, poſtquam mortem pro humano genere obiiſſet, maxima bona promiſit.

4. *Conſid.* Quomodo SS. Parens exemplo filii, admodum contenta fieret, videns jam ex parte impletum totius generis humani, ac ſuum

etiam

etiam deſiderium de hoc SS. Myſterio futuro conceptum, maximè cum videret ſe tot donis, ac favoribus, ex Dei præſentia (quem intra ſua viſcera gerebat) impletum eſſe.

Applicatio. Eodem modo, idem Dei filius, infinito amore motus, ad te in ſacra Communione ingreditur, tanquam cibus tuus ſpiritalis, ut te quàm tenerrimè complectatur, tibique intimè uniatur: animo nunquam te deſerendi (niſi tu ipſe illum priùs rejicias) ad deſideria cordis tui implenda, mira cœleſtium donorum ſuavitate Itaque excitabis in anima, vehemens perfectæ Juſtitiæ deſiderium, ut juxta illud Chriſti promiſſum. (Matth. 5.) *Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam quoniam ipſi ſaturabuntur*, tu hic in exilio quoad licet, & ibi in gratia, aliquando perfectè

ALIÆ PRO VARIIS Anni temporibus

QUemadmodum Eccleſia Catholica ſciens varietatem exercitiorum ſolere tollere tædium eorum, voluit infirmitati noſtrę ſeſe accommodare, dividens annum in diverſa tempora. *Adventus* ſcilicet, *Quadrageſimæ*, *Paſchatis*, &c atque aſſignare ſingulis diverſa officia, tam in ſacro ipſo, quàm in ſeptem horis Canonicis, ut hæc varietas, novitate, quam ſecum affert devotionem, foveat. Propter eamdem cauſam, accommodando nos ſpiritui Eccleſiæ, decet, ut meditationes varias diverſis anni temporibus accommodatas, aſſumamus puncta indicando, quæ fuſius in opere Meditationum explicantur.

TEM-

TEMPORE ADVENTUS.

Prima pars anni Eccleſiaſtici, eſt *Adventus*, in quo Eccleſia agit de preparatione ad Nativitatem. Hæ meditationes pro hoc tempore uſui eſſe poterunt.

I. DOMINICA.

De Adventu Dei Iudicis ad Adamum.

1. *Conſid.* Quomodo Adamus in paradiſo peccarit comedendo pomum ſibi à Deo prohibitum.

2. *Conſid.* Quomodo Deus, peccato admiſſo, venerit, ut eum paradiſo excluderet, & mortis ſententiam, quam erat meritus intimaret.

3. *Conſid.* Mox officio Judicis, in paternum amorem commutato, cum iratus eſſet,

mi-

miſericordiæ recordatus eſt, promittens Adamo *Mediatorem*, & *Redemptorem*, revelato Sacroſanctę *Incarnationis* myſterio, ad ejus miſerias relevandas.

4. *Conſid.* Quantum Adamus hac promiſſione conſolatus fuerit, gratumque animum oſtenderit, pro tam excelſo beneficio, glorificando Deum ita benignum, ut infinitos favores, & gratias promitteret ei, qui æterna tormenta ſe promeritum agnoſcebat. Atque hinc toto vitæ tempore vixit cum ſummo deſiderio vidēdi Salvatorem, per quem tanta beneficia ſe acceptùrum ſperabat.

Applicatio. Hic idem *Salvator*, in hoc ſanctiſſimo Sacramento ad te venit, ut te viſitet. Et quamvis peccata tua digna erant, quibus ſe Judicem ſeverum exhiberet, eaque puniret; non tamen

ea

Digitized by Google

ea ratione jam venit; ſed ſicut Pater miſericors, ut hoc divino cibo, tibi indulgeat: quia panis eſt vitæ deſtinatus ad reparanda damna, quæ intulit alterius cibi ſumptio. Per hunc ſiquidem liberaberis à morte, & reſtitueris paradiſo gloriæ, & vitę ęternę. Et propterea hic panis divinus ſignificatus fuit, per fructuum *arboris vitæ*, quę erat in medio paradiſi.

II. DIE LUNÆ.

De SS. Patrum deſideriis.

1. *Conſid.* Patres antiqui illuſtriorem habebant notitiam *Adventus Salvatoris*, in Mundum, quem orationibus, ſacrificiis, aliiſque ſanctis actionibus ſemper ſollicitabāt dicentes: (Pſal. 84.) *Oſtende nobis Domine, miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis.*

bis. (Ita Pſal. 105.) *Viſita nos in ſalutari tuo*. Veni Domine, & noli tardare, relaxa facinora plebi tuæ.

2. *Conſid.* Iidem Sancti, cum in vita ſua, hujus deſiderii compotes non fierent, etiam poſt mortem idipſum in ipſis permanſit; in obſcuro illo limbi carcere, ubi peſtentes promiſſum ſibi reparatorem, clamabant dicentes (Iſa. 45.) *Rorate cœli deſuper, & nubes pluant juſtum aperiatur terra, & germinet Salvatorem*.

3. *Conſid* Ita perſeveraverunt per aliquot annorum millia, in eodem deſiderio, ſemper perennes, & clamantes ad Deum, donec tandem venit felix illud tempus, quo hoc myſterium fuit expletum, tempus inquam, quo nos fruimur.

Applicatio. Longè feliciores nos ſumus, ad quos *Sal-*

vator

vator noſter quotidiè venit è Cœlo deſcendens ad viſitandos habitatores terræ, ut immenſis donis, ac beneficiis cumulet eos, qui ferventer ejus adventum ſpiritalem in animas ſuas expectant, expetunt, atque ad illum dignè ſe præparant. Proindè jure optimo nobis dici poteſt. (Luc. 10.) *Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis.*

III. DIE MARTIS.

De Colloquio Angeli, & B. Virg.

1. *Conſid.* Quantum ſit beneficium, & quanta dignitas, quòd Angelus Gabriel à Deo miſſus ſit ad B. Virginem Legatus, ut ſupremam dignitatem (ut eſſet *Mater Dei*, nuntiaret.)

2. *Conſid.* Quantâ reverentia illam ſalutaverit, dicens, *Ave gratia plena; Dominus tecum.*

cum. Et ſtupefacta ait: *Ne timeas Maria, quoniam inveniſti gratiam apud Deum*: adhuc dubitanti de modo addit: *Spiritus Sanctus ſuperveniet in te*.

3. *Conſid.* Quomodo B. Virgo magna humilitate, obedientia, ac fiducia dixerit, *Ecce ancilla*.

Applicatio. Eodem modo divina inſpiratio, ſeu bonus ſpiritus, venit ad animam puram pii Sacerdotis, & ad communionem ſe præparantis, dicens: *Ave*, anima pia, quæ juxta capacitatem tuam es *gratia plena*. Propter quam, & *Dominus tecum* eſt, & nunc recens ad te venire vult, ut maneat apud te. Si autem ex tantæ majeſtatis conſideratione puſillanimis fias, addit: *Ne timeas*, quia *inveniſti gratiam apud Deum*, qui te miniſtrum elegit, ad hoc divinum ſacrificium offerendum, optatque intra cor tuum, ſibi hoſpi-

hoſpitium collocare. Si de modo tanti myſterii dubitas, ait: *Spiritus Sanctus ſuperveniet in te, &c.* Spiritus ille, qui te implevit cum Sacerdos factus es: ille nunc in te etiam ſuperveniet, ut in hoc myſterio ritè præſtando, ſe adjuvet, & virtus Altiſſimi, gratia ſua te protegens, ita obumbrabit, ut cum puritate ipſum, hoſpitio ſuſcipias. Itaque excitare, & tu pariter dicens: Ecce ſervus Domini indignus, qui ejus Sacerdos ſim. *Fiat*, in me, & per me, juxta verbum ejus. Ipſe potens eſt facere, quod dicit, ut cum S. Auguſtinus dicas: *Domine, da quod jubes: & jube quod vis.*

IV. DIE MERCURII.

De Myſterio Incarnationis.

1. *Conſid.* Quod Filius Dei hoc myſterio optimè conten-

tus

tus fuerit. 1. Quia videbat ſe impleſſe id, quod hominibus promiſerat, ad eorum reparationem.

2. Quod Patrem cœleſtem glorificaverit, a quo in mundum miſſus erat, atque ita obtulit ſe Patri æterno, ad parendum ei in omnibus uſque ad mortem.

3. *Conſid.* Quod idem Filius, magno amore: animam, & corpus ſacratiſſimum complexus ſit cum certo animi decreto nunquam deſerendi, quod ſemel accepit. Itaque, & animam in illo primo inſtanti innumeris bonis replevit: & corpori, poſtquam mortem pro humano genere objiſſet, maxima bona promiſit.

4. *Conſid.* Quomodo SS. Parens exemplo filii, admodum contenta heret, videns jam ex parte impletum totius generis humani, ac ſuum

etiam

Digitized by Google

etiam deſiderium de hoc SS. Myſterio futuro conceptum, maximè cum videret ſe tot donis, ac favoribus, ex Dei præſentia (quem intra ſua viſcera gerebat) impletum eſſe.

Applicatio. Eodem modo, idem Dei filius, infinito amore motus, ad te in ſacra Communione ingreditur, tanquam cibus tuus ſpiritalis, ut te quàm tenerrimè complectatur, tibique intimè uniatur: animo nunquam te deſerendi (niſi tu ipſe illum priùs rejicias) ad deſideria cordis tui implenda, mira cœleſtium donorum ſuavitate Itaque excitabis in anima, vehemens perfectæ Juſtitiæ deſiderium, ut juxta illud Chriſti promiſſum. (Matth. 5.) *Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam quoniam ipſi ſaturabuntur*, tu hic in exilio quoad licet, & ibi in gratia, aliquando per-

ſectè ad ejus gloriam perfruaris.

V. DIE JOVIS.

De S. Ioannis Viſitatione, & Sanctificatione.

1. *Conſid.* Quomodo Salvator, nè in utero matris latens eſſet otioſus, cœpit ſtatim opus redemptionis in S. Joannem exercere communicando ei inſigne beneficium, idque duplex. 1. *Gratiam ſanctificationis* cum charitate, & reliquis virtutibus infuſis. 2. *Gratiam actualis devotionis*, cum dono contemplationis, lętitia ſpiritali, ac mentis jubilo.

Applicatio. Idem Dominus nunc in SS. Sacramento latens ad te venit, ut eaſdem gratias tibi largiatur, modò te dignè prępares, qua ſecundum internam diſpoſitionem tuam,

tuam, earum particeps fies.

2. *Conſid.* Quales affectus in utriuſque pueri matre fuerint. 1. In Eliſabetha affectus humilitatis, & admirationis, cum diceret: *Unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?* 2. Affectus laudis, & gratitudinis in SS. Deipara, cum dixit: *Magnificat anima mea Dominum*, &c.

Applicatio. His duobus affectibus diſponetur item anima ad duas prædictas gratias in SS. Communione recipiendas.

VI. DIE VENERIS.

De dubitatione S. *Ioſeph.*

1. *Conſid.* Quomodo S. Joſephus, videns Sanctiſſimam Deiparam uterum geſtare, ab ea ſe ſubtrahere voluerit, donec Angelus à Deo miſſus, conſolans eum, monuerit, ut

conjugem acciperet, eò quod hoc totum à Deo eſſet.

2. *Conſid.* Qua humilitate, reverentia, ſtupore S. Ioſephus B. Virginem aſpiceret, tanquam vivi Dei templum. Item quo amore, ac diligentia eidem exindè ſervierit propter Deum, ac Dominum ſuum, quem in ea latentem, agnoſcebat. Et viciſſim quam incenſa charitate, ac cœleſti gratia SS. Deipara cum Ioſepho ſponſo loquebatur, eum de arcano Divinæ Incarnationis Myſterio erudiens. Sic hi *duo Seraphim*, ſeſe invicem, ad Deum laudandum, eique ſummo fervore ſerviendum, accendebant.

Applicatio. Simile quid tibi aliquando accidit, quando ob exiguam tuam fidem, pietatem, &c. SS. Communione te ſubtrahis, donec cœleſti aliqua inſpiratione erectus vivaciori fide, humilitate, ac

fer-

Digitized by Google

fervore denuò recipias, & affectus velut alter Ioſeph, creſcens, donorum cœleſtium augmentum, cum inſigni hujus S. Myſterii notitia accipias, ac tum etiam incenſa cum ipſo Domino colloquia, ac gratiarum actiones uſurpare debeas.

VII. SABBATO.

De itinere ex Nazareth in Bethleem.

1. *Conſid.* Quomodo Chriſtus relicta Hieruſalem hanc civitatulam elegerit, ut ibidem naſceretur, ac ſeipſum mundo manifeſtaret.

2. *Conſid.* Quantum honorem hæc urbecula, ex Chriſti Nativitate acceperit, ut ad eam Angeli, Reges, *&c.* paulò poſt acceſſerint, ac plurimi etiam Chriſtiani eodem poſtea peregrinati fuerint, ut

ex S. Hieron. & aliis hiſtoricis patet.

Applicatio. Simili modo dignatur idem Dominus, etiamnum venire è Cœlo, atque ingredi in pectus viliſſimi homuncionis, atque ita, ut illud nobilitet, efficiat quæ alteram *Bethleem, ideſt, domum panis*, pane vitæ cor tuum roborans, ac deſideria pia exſatians.

ALIA MEDITATIO
A Nativitate ad Septuageſimam.

HOc eſt ſecundum anni Eccleſiaſtici tempus, in quo Eccleſia, 7. Salvatoris myſteria celebrat, quæ in Miſſa renovantur. His ergo meditandis te ipſum variè excitare poteris.

I. DO-

I. DOMINICA.

De ipſa Chriſti Nativitate.

1. *Conſid.* Quomodo Deus ſupremus cum ſeipſum Mundo, uti toties promiſerat, manifeſtare vellet, elegerit pauperibus panniculis involvi, atque in præſepio, animalium menſa, reclinari.

2. *Conſid.* Quomodo Angeli è Cœlis magno numero prodeuntes, Dominum ſuum laudibus, ac canticis celebrarint, ejuſque ortum paſtoribus nuntiarint.

Applicatio. Pari modo nunc quotidiè in Miſſa Chriſtus Dominus manifeſtat ſeipſum, tectus, atque involutus accidentibus *panis, & vini*: atque ita in ſacra Altaris menſa reponitur, tanquam eſca hominum futurus. Sed Angeli (inviſibiliter licet) eidem aſ-

ſiſtunt, ac fidem, charitatemque celebrantium excitant, de quo Eccleſia in præfatione canit: *Ut dum viſibiliter Deum cognoſcimus, per hunc in inviſibilium amorem rapiamur.*

II. DIE LUNÆ.

De Circumciſione.

1. *Conſid.* Quomodo Chriſtus poſt Nativitatem non diù diſtulerit incipere myſterium ſalutis noſtræ ſuſcepto ſacratiſſimo IESU nomine, quod *Salvatorem* ſignificat.

2. *Conſid.* Quomodo, ne gratis officii ſui poſſeſſionem adiret, primitias pretioſiſſimi ſui ſanguinis effuderit, præbens exemplum raræ humilitatis, patientiæ, obedientiæ, & charitatis.

Applicatio. Non abſimili modo in Miſſa, præſtat etiamnum IESU, ſive Salvatoris offi-

officium erga fideles, applicans unicuique pretioſi ſanguinis ſui pretium, præbens exemplum raræ *humilitatis*, cum figuram adeò humilem ſuſcipit; *patientiæ* (in tolerandis injuriis, quæ ſæpè in hoc Sacramento inferuntur) *obedientiæ* (dum quotieſcumque panis à Sacerdote conſecratur, præſens adeſt) & *charitatis*, cum adeò profusè ſeſe omnibus communicat.

III. DIE MARTIS.

De *Epiphaniæ*.

1. *Conſid.* Quomodo Salvator licet adhuc infantulus, ac in præſepio jacens, oſtenderit omnipotentiam ſuam, ac Gratiæ cœleſtis efficacitatem, qua ex Oriente deduxit tres illos Reges, cum tanto fervore, ut ſe coram illo proſternerent, & offerrent *aurum*

tanquam Deo: *myrrham* tanquam homini mortali: & *thus* tanquam ſummo Sacerdoti.

2. *Conſid.* Quanta lætitia SS. illi viri affecti ſunt. 1. Videntes ſtellam, quæ ipſos deduceret, videntes Puerum, quem à Spiritu Sancto edocti, verum Regem agnoſcerent. 2. Audientes vocem Angeli monentis, ut alia via in patriam redirent.

Applicatio. In Miſſæ itidem ſacrificio, ſuam omnipotentiam multis oſtendit, efficitque, ut omnes fideles, ac precipuè Sacerdotes ſe coram illo proſternant; agnoſcantque ſub parva hoſtia latentem verum Deum, & hominem, ſimulque ſummum Sacerdotem, (Pſalm. 109.) *Secundum ordinem Melchiſedech.* Hinc etiam ex hac notitia offerunt ei tres ferventes affectus amoris, mortificationis, & orationis, expectantes ab

im-

immenſa ejus liberalitate, ingentem retributionem, ac cęleſtes inſpirationes, quibus viam intelligunt, quâ ad patriam cœleſtem per peccatum amiſſam revertantur.

IV. DIE MERCURII.

De Præſentatione in Templo.

1. *Conſid.* Quomodo Chriſtus deſideratus omnium, ſeſe Patri Æterno obtulerit. 1 In gratiarum actionem ob collata mundo beneficia. 2. Ad placandam juſtiſſimã ipſius iram. 3 Ad conſequendam pro omnibus copioſam miſericordiam.

2. *Conſid.* Quomodo idem Dominus, S. Simeoni ſeni, & Annæ Prophetiſſæ (qui magno ejus videndi deſiderio tenebantur) ſeſe manifeſtaverit, tribuens eis gratiam non tantum, ut cum lætitia agno-

ſcerent, ſed etiam aliis prædicarent.

Applicatio. In Miſſa pariter, idem Dominus quotidiè ſe offert Patri cœleſti. (Heb. 9.) *Ut appareat vultus Dei*, pro nobis ad eoſdem fines ſupradictos, nobiſque, præcipuè Sacerdotibus, præbens lumen, ut agnoſcant, & benè vivant.

V. DIE JOVIS.

De fuga in Ægyptum.

1. *Conſid.* Quomodo ſupremus Dominus, *tectus nube candida* ſuæ humanitatis, ut prædixit (Iſa. c. 19.) ſuſceperit longum iter ex Nazareth, *ut ingrederetur Ægyptum*, ibique tunc *commota ſunt ſimulacra Ægypti, &c.*

2. *Conſid.* Quomodo idem Dominus cum ſuis parentibus, in terra illa ſterili poſuerit ſemina perfectæ ſanctitatis,

Digitized by Google

tis, quæ poſtmodum excreverunt, ac fructum copioſum tulerunt in tot myriadibus Anachoretarum, qui ibidem ſanctiſſimè vixerunt.

Applicatio. Et nunc etiam in Miſſa, idem Dominus longum iter ſuſcipit è cœlo in terram (quamvis tamen cœlum non deſerat,) tegens ſeipſum accidentibus panis, & vini, ut in cordibus noſtris vitia penitus dejiciantur, & perfectionis Evangelicæ (quę in Eccleſia ſemper floruit) ſemen jaciatur.

VI. DIE VENERIS.

De *Inventione inter* Doctores.

1. *Conſid.* Quomodo Chriſtus Dominus ipſa Sapientia æterna incontemptibili illa pueri ętacula deliteſcens, magna cum humilitate, modeſtia, ac ſapientia, in medio

Doctorum, reſponſis, ac interrogationibus aptiſſimis admirationem moveat.

2. *Conſid.* Quomodo idem Dominus poſt triduum in templo, à parentibus mœrore oppreſſis, ac cum iiſdem ſumma humilitate, atque obedientia deſcenderit in Nazareth.

Applicatio. Sic nunc in SS. Euchariſtia dignatur ingredi in corda fidelium, tanquam Magiſter Magiſtrorum, & Doctor Doctorum: docens legem perfectionis cum ſumma admiratione audientium verba, quæ internè illis loquitur: & qui illum ibi cum lachrymis quæſierit, inveniet eum, ſecumque deducet domum, ut habeat comitem ſuæ peregrinationis in hac miſera vita.

Digitized by Google

VII. SABBATO.

De Baptiſmo Chriſti.

1. *Conſid.* Quomodo *Agnus Dei*, (Ioan.1.) puriſſimus venerit ad Ioannem humanitate tectus, & tanquam peccator aqua perfuſus ſit.

2. *Conſid.* Quomodo Cœli ſtatim aperti ſunt, & Spiritu Sancto in columbæ ſpecie deſcendente, vox Patris audita eſt. (Matth. 3.) *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.*

Applicatio. Non aliter nunc in Miſſa Chriſto ſpeciebus panis, ac vini tecto, atque ad nos deſcendente, aperiuntur Cœli, ut dona cœleſtia in nos effundantur, ac pater cęleſtis, illuſtrationis ſuæ voce teſtatur, hunc eſſe Filium Unigenitum, propter quem alii adoptivi diliguntur.

Pro tribus Septimanis à Septuageſima ad Quinquageſimam.

POterunt hoc tempore conſiderari. 7. Convivia Chriſti, quibus repræſentantur ea, quæ in hoc cœleſti convivio peraguntur.

I. DIE DOMINICO.

De nuptiis in Canâ Galileæ.

1. *Conſid.* Quomodo Chriſtus invitatus ad nuptias, ab hominibus tenuioribus venire non recuſaverit, ut illis benè faceret.

2. *Conſid.* Quomodo vino deficiente, juſſerit hydrias ſex impleri aqua, quam ipſe in vinum valdè præſtans convertit, ut defectum, quo laborabant convivæ, ſuppleret, & ipſis aliquid lætitiæ conferret.

Appli-

Digitized by Google

Applicatio. Simile quid in hoc cœleſti ſpiritalium nuptiarum convivio geritur, in quo Sacerdos infundit in calicem vinum aqua miſtum, quod ipſe Dominus, unà cum Sacerdote convertit in ſuum ſanguinem pretioſiſſimum, ut hac ratione, fidelibus indulgeat, eoſque confortet, ac ferventis amoris vino inebriet.

II. DIE LUNÆ.

De convivio apud Phariſ. Principem.

1. *Conſid.* Quomodo Chriſtus à Principe quodam Phariſæorum invitatus, preclara tradiderit convivis humilitatis documenta, adeò, ut unus ex illis diceret, (Luc. 14.) *Beatus qui manducabit panem in regno Domini*.

2. *Conſid.* Quomodo Chri-

ſtus

Digitized by Google

ſtus (ut huic reſpondeat) afferet parabolam hominis, qui multos invitarat ad nuptias, ſed iis ſeſe excusātibus (1. Ob villam. 2 Iuga boum. 3 Uxorem ductam) alios invitavit, & iis, qui ſe excuſarant, minatus eſt eos non guſtaturos.

Applicatio. Significat beatum eſſe, qui hunc panem S. Euchariſtiæ in Eccleſia militante comedet; quia aliter comedet in triumphante: caveant tamen alii, qui invitantur, ne ſe excuſent, quia alii humiles (ipſis excluſis) admittentur, neque alii deerunt in domo Dei.

III. DIE MARTIS.

De convivio S. Matthæi, (Luc. 5. Matth. 9.)

2. *Conſid.* Quomodo Chriſtus poſt cōverſionem S. Matthæi, aſcenderit in convivio

cum

cum aliis publicanis, & quamvis Phariſæi murmurant, non tamen abſtinuit, ut peccatores converteret.

2. *Conſid.* Ad Murmurationem Phariſæorum de converſatione cum peccatoribus reprimenda, adducit exemplum Filii prodigi, cui converſo pater occidit vitulum ſaginatum, & fecit convivium.

Applicatio. SS. Patres per vitulum ſaginatū intelligunt carnem Chriſti, quæ in hoc Sacramento datur etiam peccatoribus, ſed iis, qui pœnitentiam de peccatis egerunt, quare pius pater non dedignatur cum iis comedere, & proprium ferculum communicare, ſcilicet ſeipſum.

IV. DIE MERCURII.

De convivio Zachæi.

1. *Conſid.* Quanto deſiderio optarit Zacheus Chriſtum vi-

videre, ut precurreret, aſcenderet in arborem ſycomorum. Hinc Chriſtus ei deſcendere juſſo denunciat, ſe eo die apud ipſum velle manere.

2. *Conſid.* Quod magna fuerit facta in tota illa domo mutatio, adeò, ut Chriſtus eam prævidens dixerit; (Matth. 9.) *Hodiè ſalus huic domui facta eſt.*

Applicatio. Ut peccator (qui extra ſe ambulat per res hujus mundi diſperſus) intelligat per pœnitentiam ad ſeipſum redire, ſtatim enim Deus cor ejus ingredietur, & in hoc SS. Sacramento integram præbebit ſanitatem.

V. DIE IOVIS.

De convivio 5. Panum, pro multitudine.

1. *Conſid.* Hujus ſimplicis plebeculæ pietatem, ac devotionem, ut Chriſtum ſequeretur

tur etiam in ſolitudinem, neglecto cibo, *&c.*

2. *Conſid.* Quomodo Chriſtus hujus populi miſertus curam ſuſceperit, dans ei nunc. 5. Nunc. 7. Panes, & multum ſuperfuit.

Applicatio. Significatur hoc Sacramentum in quo. 7. Continentur ad ſalutem noſtram pertinentia. 1. Chriſti corpus. 2. Sanguis. 3. Anima. 4. Divinitas. 5. Dona gratiarum. 6. Virtutum ejus. 7. Meritorum, ac ſatisfactionum theſaurus: & poſtquam deſideria omnium cōmunicantium explevit, adhuc quod ſupereſt eſt infinitum, ut alios infinitos (ſi adeſſent) poſſet ſatiare.

VI. DIE VENERIS.

De convivio Simonis Leproſi.

1. *Conſid.* Quomodo Chriſtus tanquam benigniſſimus me-

medicus nõ dedignatur menſæ aſſidere, & manducare cum Simone, qui fuerat antea leproſus ; nunc erat ſanus; vel cum Lazaro, qui antea quatriduanus fuerat, & fœtidus: ſed à Chriſto ſuſcitatus.

2. *Conſid.* Quomodo huic convivio intervenerit Magdalena (à 7 Dęmoniis per Chriſtum liberata) ut lachrymis rigaret pedes ejus, crinibus tergeret, & unguentum pretioſiſſimum ſuper ipſius recumbentis caput effunderet.

Applicatio. Non aliter modo in hoc ſancto convivio agit dum eos, qui antea peccatores fuerunt, ſed modo ſeſe emendarunt, ac vita gratiæ vivunt libenter admittit. Delectatur etiam, ſi in hoc convivio, pretioſo devotionis unguento ungatur, quando noſtra omnia in ejus obſequium offeremus.

VII.

VII. SABBATO.

De convivio ultimæ cœnæ.

1. *Conſid.* Quomodo Chriſtus unà cum Diſcipulis, comederit initio agnum paſchalem veteris legis igni aſſum, cum lactucis agreſtibus, aliiſque cœremoniis olim à Deo præſcriptis.

2. *Conſid.* Quomodo idem Dominus comederit alium agnũ non jam typicum (qualis fuit,) ſed agnum Dei verum (corpus ſcil., ac ſanguinem ſuum, ſub ſpeciebus panis, & vini) aſſum jam non igne externo, ſed igne puriſſimæ charitatis.

Applicatio. His verò actionibus, Chriſtus nobis ſignificat, optare, ſe, ut qui communicaturi ſunt, prius eum comedant ſpiritualiter, conſiderantes, eum fuiſſe aſſum

igne

igne ſuorum tormentorum, & cruciatuum; guſtaſſe etiam amaritudine ſuarum afflictionum. Ideòque in ipſa inſtitutione hujus Sacramenti, dixit: *Hæc quotieſcumque feceritis, in mei memoriam facietis:* Deindè idem Dominus ſacramentaliter (poſt talem præparationem) ſumendus eſt, ut participes fiamus dulciſſimorum redemptionis noſtræ fructuum, qui dignè eum ſumentibus concedi ſolent.

MEDITATIONES SEPTEM

Pro tempore Quadrageſimæ.

QUoniam hoc Sacramentum (ut paulò ante dictum) eſt memoriale paſſionis: ideò ſingulariter hoc ipſum in Quadrageſimę tempore, quo Eccleſia Paſſionem Domini recolit, celebratur.

DIE

I. DIE DOMINICO.

De Myſteriis in horto factis.

1. *Conſid.* Quâ triſtitiâ affectus ſit propter peccata hominum, & ſingulariter propter peccata, quæ homines coram hoc Sacramento commiſſuri erant: quales ſunt injuriæ, quibus illud afficiunt, & parvus fructus, quem indè capiunt.

2. *Conſid.* Quomodo in agonia poſitus, ſudarit guttas ſanguinis, ut ſcilicet in ſudore vultus ſui, promereretur nobis panem cœleſtem, quem ſumere deberemus veſcentes ejus carne, cui ſanguis conjunctus eſt, licet ſub ſpeciebus, & accidentibus externis deliteſcant.

3. *Conſid.* Quomodo indè ſurgens, obviam fuerit turbæ venienti ad comprehendendum,

dum, ac S. Petrum impedire volentem reprehenderit, dicens: *Calicem quem dedit mihi Pater non vis, ut bibam* (Ioan. 18.) Quo facto nos docuit, qua alacritate ad hoc SS. Sacramentum accedendum ſit, neque permittendum, ut à quoquam impediamur, vel à calice paſſionis (ſi quando illum nobis Deus obtulerit) neque à SS. Euchariſtia ſumenda, ſi eam Deus nobis inſpiraverit; dicendo, cum Propheta. (Pſalm. 115.) *Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.*

III. DIE LUNÆ.

De geſtis in domo Caiphæ.

1. *Conſid.* Chriſtus Caiphæ roganti an eſſet filius Dei benedicti, reſpondit, *Ego ſum*, &c. ne videntes eum tam abjectum repenſe non crederent

rent adjecit: (Matth. 26.) *Videbitis filium hominis ſedentem à dexteris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli.*

Applicatio. Hoc ſpiritu tibi firmiter credendum eſt, eundem Dei filium, qui ſedet ad dexteram *Patris*, Iudexque aliquando, venturus eſt, in hoc SS. Sacramento contineri licet accidentibus panis, & vini, in ſpeciebus abjectis, velatum, ut reverentiam tantæ majeſtatis debitam exhibeas, cum eo amore, quem tanta humilitas exigit.

2. *Conſid.* Quomodo hoſtes, hoc reſponſo audito *velaverint faciem ejus*, in eam conſpuerint &c. quæ omnia, ſtupenda cum patientia pertulit.

Applicatio. In his enim ſignificantur peccata indignè communicantium. *Velant* oculos, qui accedunt fide mortua, nō advertentes, ſe à Deo

videri, aut ibi præſentem eſſe, *conſpuunt* eum, qui cum ſint laſcivi, voratores, garruli, accedunt tamen ad communionem. Capillos *vellunt*, tumultuoſi, ſcandaloſi, qui fraternam unionem lædunt. *Faciem cædunt* mundani, ambitioſi, qui leges Mundi pluris faciunt, quam Dei ipſius; hæc à malis tolerat in gratiam electorum, qui eum cum reverentia ſuſcipiunt.

3. *Conſid.* Quomodo Chriſtus tota illa nocte detentus, ac ligatus ibi fuerit, nec ſeipſum ſolvit, quamvis faciliimè ſi voluiſſet potuerit. Sic nunc manet in ſacrario Eccleſiæ ſolus expectans, ut manus fideles accedant, petituri neceſſitatum remedia.

III. DIE MARTIS.

De geſtis apud Herodem.

1. *Conſid.* Quomodo Herodes

des ex curioſitate deſiderarēt videre Ieſum, ut miraculum fieret quod Chriſtus noluit. Similis eſt qui ad ſacrā communionem accedit, ſpiritu curioſo guſtandi favores, quos Chriſtus electis ſuis largitur: ſed talis indignus eſt.

2. *Conſid.* Quomodo Herodes cum ſuis eum ſpreverit, & veſte alba induerit, ad contemptum. Sic Dominus veſtē gloriæ exuens tegit ſe veſte accidentium. Et quamvis ideò ab infidelibus, & impiis contemnatur, tamen à piis, pro amore, & ſapientia amatur.

3. *Conſid.* Chriſtus veſte illa indutus, per plateas Hieruſalem ambulavit, tanquam ſtultus, &c. irriſus ab aliis, qui ante paucos dies veſtes ſuas, ejus aſinæ ſubſtraverant. In premium hujus contemptus defertur nunc magna cum pompa per plateas Eccleſiæ cum hymnis, & canticis.

IV. DIE MERCURII.

De geſtis in Prætorio.

1. *Conſid.* Quomodo Chriſtus ab Herode rediens minoris fuerit æſtimatus, quam Barrabas.

Applicatio. In hanc horam idem in SS. Sacramento ſuſtinet, cum multi pluris faciunt panem mendacii, & voluptatis, item delicias, ac honores Mundi, quam panem vitę, qui hic datur, ſicut olim Iſraëlitæ in deſerto, manna contemnentes ſuſpirabant allia, cæpas, &c.

2. *Conſid.* Quomodo ſacratiſſimum ejus corpus diriſſimè flagellatum fuerit, ut pretioſiſſimum ſanguinem undequaque effunderet, eundem tamen totum in hoc Sacramento poſuit ſub ſpeciebus panis triticei, qui cribratur, molitur, pinſitur, & ad ignem co-

coquitur, ut noſtrum fiat alimentum. Sicque docet exercitia patientiæ, apta eſſe media ad magnam ſpiritualem voluptatem ex hoc Sacramento capiendam.

3. *Conſid.* Quomodo ſumma cũ ignominia coronatus, & irriſus fuerit à militibus, & inſuper à Pilato toti populo oſtenſus, cum diceret, *Ecce homo*. Sed multo magis adhuc à populo contemptus. Hunc in modum oſtenditur nobis quotidie Chriſtus in ſacra communione, cum dicitur *Agnus Dei*, quamvis enim videatur eſſe panis, tamen eſt verus homo; *Immo Agnus Dei, qui tollit peccata mundi.*

V. DIE IOVIS.

De Bajulatione crucis.

1. *Conſid.* Quomodo Chriſtus uſque ad montem Calvariæ ductus fuerit, ibique cru-

ſeptem, quæ in Cruce locutus eſt, ſignificant fructus ex Sacra communione hauriendos: 1. orare pro perſequentibus. 2. benefacere indigentibus, & petentibus. 3. curam gerere perſonarum, & rerum, quę nobis aliqua ratione incumbunt. 4. ſitire juſtam gloriam Dei, & frequenter communionem. 5. opera Dei ad finē uſque perducere quanta fieri poteſt perfectione. 6. recurrere ad Deum in noſtris anguſtiis. 7. Spiritum noſtrum, noſtraque omnia ei fidenter cōmittere, neque ex Cruce deſcendere uſque ad mortem; etiamſi, ut eam deſeramus, urgeant adverſarii, qui nos tentant.

VII. SABBATO.

De ſepultura Chriſti.

Conſid. Quomodo Chriſti corpus unctum fuerit magna co-

copia myrrhæ, & aloës, involutum ſindone munda, repoſitũ in ſepulchro lapideo, in quo nondum quiſquã poſitus fuerat, advoluto etiam, ac ſignato ingenti lapide ad oſtium monumenti. Quibus ſignificatur ratio perfectè cõmunicandi. 1. offerendo Deo multas mortificationes, eaſq; valdè perfectas. 2. induendo veſtem puram magnæ perfectionis, aptatam novo homini. 3. præparando in anima interius monumentum, ſine ſepulchrum. 1. cor renovatum, & benè firmatum inſtar lapidis, in quo ipſe Dominus requieſcat, illudque poſt ſacram Communionem obſignando, & magnam ſenſuum cuſtodiam adhibendo, ut SS. cogitationibus, ferventibus affectibus, ac petitionibus; tali hoſpite in cor ſuum ſuſcepto ſeorſum perfruatur.

dum, ac S. Petrum impedire volentem reprehenderit, dicens: *Calicem quem dedit mihi Pater non vis, ut bibam* (Ioan. 18.) Quo facto nos docuit, qua alacritate ad hoc SS. Sacramentum accedendum ſit, neque permittendum, ut à quoquam impediamur, vel à calice paſſionis (ſi quando illum nobis Deus obtulerit) neque à SS. Euchariſtia ſumenda, ſi eam Deus nobis inſpiraverit; dicendo, cum Propheta. (Pſalm. 115.) *Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.*

III. DIE LUNÆ.

De geſtis in domo Caiphæ.

1. *Conſid.* Chriſtus Caiphæ roganti an eſſet filius Dei benedicti, reſpondit, *Ego ſum*, &c. ne videntes eum tam abjectum repenſe non crederent

rent adjecit: (Matth. 26.) *Videbitis filium hominis ſedentem à dexteris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli.*

Applicatio. Hoc ſpiritu tibi firmiter credendum eſt, eundem Dei filium, qui ſedet ad dexteram *Patris*, Iudexque aliquando, venturus eſt, in hoc SS. Sacramento contineri licet accidentibus panis, & vini, in ſpeciebus abjectis, velatum, ut reverentiam tantæ majeſtatis debitam exhibeas, cum eo amore, quem tanta humilitas exigit.

2. *Conſid.* Quomodo hoſtes, hoc reſponſo audito *velaverint faciem ejus*, in eam conſpuerint &c. quæ omnia, ſtupenda cum patientia pertulit.

Applicatio. In his enim ſignificantur peccata indignè communicantium. *Velant* oculos, qui accedunt fide mortua, nõ advertentes, ſe à Deo

videri, aut ibi præſentem eſſe, *conſpuunt* eum, qui cum ſint laſcivi, voratores, garruli, accedunt tamen ad communionem. Capillos *vellunt*, tumultuoſi, ſcandaloſi, qui fraternam unionem lædunt. *Faciem cædunt* mundani, ambitioſi, qui leges Mundi pluris faciunt, quam Dei ipſius; hæc à malis tolerat in gratiam electorum, qui eum cum reverentia ſuſcipiunt.

3. *Conſid.* Quomodo Chriſtus tota illa nocte detentus, ac ligatus ibi fuerit, nec ſeipſum ſolvit, quamvis faciliimè ſi voluiſſet potuerit. Sic nunc manet in ſacrario Eccleſiæ ſolus expectans, ut manus fideles accedant, petituri neceſſitatum remedia.

III. DIE MARTIS.

De geſtis apud Herodem.

1. *Conſid.* Quomodo Herodes

des ex curioſitate deſiderarit videre Ieſum, ut miraculum fieret quod Chriſtus noluit. Similis eſt qui ad ſacrã communionem accedit, ſpiritu curioſo guſtandi favores, quos Chriſtus electis ſuis largitur: ſed talis indignus eſt.

2. *Conſid.* Quomodo Herodes cum ſuis eum ſpreverit, & veſte alba induerit, ad contemptum. Sic Dominus veſtẽ gloriæ exuens tegit ſe veſte accidentium. Et quamvis ideò ab infidelibus, & impiis contemnatur, tamen à piis, pro amore, & ſapientia amatur.

3. *Conſid.* Chriſtus veſte illa indutus, per plateas Hieruſalem ambulavit, tanquam ſtultus, &c. irriſus ab aliis, qui ante paucos dies veſtes ſuas, ejus aſinæ ſubſtraverant. In premium hujus contemptus defertur nunc magna cum pompa per plateas Eccleſiæ cum hymnis, & canticis.

IV. DIE MERCURII.

De geſtis in Prætorio.

1. *Conſid.* Quomodo Chriſtus ab Herode rediens minoris fuerit æſtimatus, quam Barrabas.

Applicatio. In hanc horam idem in SS. Sacramento ſuſtinet, cum multi pluris faciunt panem mendacii, & voluptatis, item delicias, ac honores Mundi, quam panem vitę, qui hic datur, ſicut olim Iſraëlitæ in deſerto, manna contemnentes ſuſpirabant allia, cæpas, &c.

2. *Conſid.* Quomodo ſacratiſſimum ejus corpus diriſſimè flagellatum fuerit, ut pretioſiſſimum ſanguinem undequaque effunderet, eundem tamen totum in hoc Sacramento poſuit ſub ſpeciebus panis triticei, qui cribratur, molitur, pinſitur, & ad ignem co-

coquitur, ut noſtrum fiat alimentum. Sicque docet exercitia patientiæ, apta eſſe media ad magnam ſpiritualem voluptatem ex hoc Sacramento capiendam.

3. *Conſid.* Quomodo ſumma cũ ignominia coronatus, & irriſus fuerit à militibus, & inſuper à Pilato toti populo oſtenſus, cum diceret, *Ecce homo*. Sed multo magis adhuc à populo contemptus. Hunc in modum oſtenditur nobis quotidie Chriſtus in ſacra communione, cum dicitur *Agnus Dei*, quamvis enim videatur eſſe panis, tamen eſt verus homo; *Immo Agnus Dei, qui tollit peccata mundi.*

V. DIE IOVIS.

De Bajulatione crucis:

1. *Conſid.* Quomodo Chriſtus uſque ad montem Calvariæ ductus fuerit, ibique cru-

ci affixus ſacratiſſimum ſanguinem copioſè effuderit per vulnera manuum, & pedum. In hujus rei memoriam quotidie in Miſſa elevatur ſacra hoſtia, & calix in quibus eſt idem corpus, & ſanguis ejuſdem Domini noſtri, cum ſignis vulnerum, per quæ tum fluxit, ut omnes intelligant. *Primò*. Se, ſi hunc Dominum ita elevatum, viva fide aſpiciant, ſanandos eſſe à ſpiritalibus vulneribus, ſi modò veniam pro illis flagitarint. *Secundò*, Sciant etiam finem, ac ſcopum ſacræ communionis eſſe, ut vires recipiant ad tolerandam crucem, atque in eadem Mundo, ac proprio amori moriendum inſtar *Viduę illius*, (3. Reg.) quæ duo ligna colligebat, ut panem faceret pro ſe, & filio, ac moreretur. Sic nos myſteria crucis Chriſti conſiderantes, condiemus panem cœleſtem, quo ſum-

pto,

pto, moriemur Mundo, ac Deo vivemus.

2. *Conſid.* Quomodo Chriſto, ad montem perducto, *dederint*, ſecundum Prophetam, *Fel in eſcam, & in ſiti potaverint eum aceto* ipſe verò nunc dat nobis carnem ſuam in cibum, & ſacrum ſanguinem ſuum in potum cum ſumma dulcedine, quem ipſe magna amaritudine comparavit.

VI. DIE VENERIS.

De Myſteriis in Cruce factis.

1. *Conſid.* Quæ ſigna facta ſint cùm Dominos in cruce penderet. Hæc enim innuunt diſpoſitiones, quibus ad ſacram Communionem ſit accedendum. *Terræ motus*, eſt amor Dei. *Sciſſio petrarum*, eſt contritio, qua cor conteritur. *Sepulchrorum apertio*, eſt ſacra confeſſio. *Sciſſio veli* eſt penetratio arcanorũ Chriſti *Verba*

ſeptem, quæ in Cruce locutus eſt, ſignificant fructus ex Sacra communione hauriendos: 1. orare pro perſequentibus. 2. benefacere indigentibus, & petentibus. 3. curam gerere perſonarum, & rerum, quę nobis aliqua ratione incumbunt. 4. ſitire juſtam gloriam Dei, & frequenter communionem. 5. opera Dei ad finẽ uſque perducere quanta fieri poteſt perfectione. 6. recurrere ad Deum in noſtris anguſtiis. 7. Spiritum noſtrum, noſtraque omnia ei fidenter cõmittere, neque ex Cruce deſcendere uſque ad mortem; etiamſi, ut eam deſeramus, urgeant adverſarii; qui nos tentant.

VII. SABBATO.

De ſepultura Chriſti.

Conſid. Quomodo Chriſti corpus unctum fuerit magna co-

copia myrrhæ, & aloës, involutum ſindone munda, repoſitũ in ſepulchro lapideo, in quo nondum quiſquã poſitus fuerat, advoluto etiam, ac ſignato ingenti lapide ad oſtium monumenti. Quibus ſignificatur ratio perfectè cõmunicandi. 1. offerendo Deo multas mortificationes, eaſq; valdè perfectas. 2. induendo veſtem puram magnæ perfectionis, aptatam novo homini. 3. præparando in anima interius monumentum, ſine ſepulchrum. 1. cor renovatum, & benè firmatum inſtar lapidis, in quo ipſe Dominus requieſcat, illudque poſt ſacram Communionem obſignando, & magnam ſenſuum cuſtodiam adhibendo, ut SS. cogitationibus, ferventibus affectibus, ac petitionibus ; tali hoſpite in cor ſuum ſuſcepto ſeorſum perfruatur.

A PASCHATE
ad Pentecoſtem.

COnſiderari poſſunt myſteria, quæ eo tempore evenerunt, quæque ab Eccleſia, tum ferè celebrantur, & quæ ad SS. Euchariſtæ Communionem applicanda erunt.

I. DOMINICA.

De deſcenſu ad Limbum.

Conſid. Quomodo ſanctiſſima Chriſti Domini anima viſitaverit juſtos, qui erant in Limbo, eoſque conſolata fuerit, claram ſui viſionem eis communicans, & ex obſcuro carcere, in quo tenebantur educens: ita etiam eadem viſitat communicantes, eos conſolatur, & ex tenebris, quibus tenentur, educit, ac benigne

nignæ, jucundæque contemplationis dono eos illuſtrat.

II. DIE LUNÆ.

De Reſurrectione glorioſa:

Conſid. Quod reſurrexerit glorioſus, uniens animam corpori mortuo, quod erat in ſepulchro, tribuens ei *quatuor gloriæ dotes*: & ita nunc cum tota ſua gloria ingreditur animam, cui unitur, eamque vivificat, & fervorem impertit, communicans ei cœleſtes ſuas proprietates: ut cum ipſo reſuſcitata in vitæ novitate ambulet. Reddit illam quaſi impaſſibilem, ob patientiam in adverſis, quaſi incorruptibilem, & immortalem, ob præſervationem à gravioribus culpis, claram, & ſplendentem, ob ſplendorem operum bonorum, agilem, & promptam, ad præcepta, & conſilia divina im-

plenda, & amplectanda, ſubtilem denique, & ita ſpiritalem, ut exuat ſe ab omnibus rebus terrenis.

III. DIE MARTIS.

De Apparitionibus.

Conſiderandæ variæ ejus apparitiones, diverſis vicibus, variiſque figuris diſcipulis ſuis factæ, loquendo cum eis, (Act. 1.) *De regno* Dei: magnaque arcana eis aperiendo, *Vulnera* ſua tangenda offerendo, & magnos alios favores eis exhibendo, & magna auxilia promittendo: nunc hoc, nunc illo modo. Ita etiã *in ſacra communione* manifeſtat ſe ſpiritaliter juſtis, mille modis: cum quibus magnam contrahit familiaritatem, & blandiſſimè loquitur.

MONITIO.

Poſſent quoque ex variis Chri-

Chriſti apparitionibus eligi 7. pro 7. Hebdomadæ diebus, quales eſſe poſſunt.

1. Beatiſſimę Virgini Mariæ factæ.

2. Mariæ Magdalenæ, ejuſque ſocialibus.

3. S. Petro Apoſtolorum Principi ob peccatũ dolenti.

4. Duobus Diſcipulis euntibus in Emaüs.

5. Omnibus Diſcipulis in cœnaculo congregatis.

6. Facta iis, qui piſcabantur, ad Mare Tiberiadis.

7. Facta omnibus, in ipſo feſto Aſcenſionis; applicando ad hoc Sacramentum, quod difficile non erit, quare in pleriſque vel ſumebat cum eis cibum, frangebat panem, aut partem piſcis aſſi, vel favum mellis, quæ erant hujus convivii cœleſtis, figuræ, in quo res ſignificata nobis datur.

IV. DIE MERCURII.

De glorioſa Aſcenſione.

Conſid. Quod ſuo tempore aſcendens in cœlum, unde venerat captivam ducat captivitatem, & corda diſcipulorum. Et ibi ſedet ad dexteram Patris, agens noſtrum advocatum. Et ita nunc deſcendit *de Cœlo ad ſacramentum*, & ingreditur cor communicantis; & poſtea aſcendit in cœlum captivam ducens eius animam, amoris compedibus: ut *converſationem* ſuam habeat in cęlis, ubi ipſe eſt, & ipſa præſens ſit ſpe, quod ſuo tempore eodem aſcendet, & cum eo ſedebit in alia ſede glorię.

V. DIE JOVIS.

De cœleſti gloria.

Conſid. Quemadmodum ipſe Chriſtus verus Deus, & ho-

homo, eſt in cœlo empyreo, magnum præſentia ſua honorem adferens cœleſti beatorum civitati: nam ipſe eſt ſol eos illuminans, fons aquæ vivæ eos recreans, alimentum, quo illos alit, ſuaque Divinitatis, & Humanitatis viſione ſatiat, ita ut in ipſo ſolo habeant Beati omnia bona, quæ ad æternam ſuam requiem optare poſſunt. Eodem modo voluit idem ipſe Dominus aſſiſtere Eccleſiæ ſuæ, latens tamen *in hoc ſacratiſſimo Sacramento*, nos ipſo honorans, & omnibus bonis replens. Nã ut S. Ambroſ dicit libro 3. de Virginitate *Chriſtus nobis omnia eſt: noſtra ſapientia, juſtitia, ſanctitas, & redemptio noſtra*.

VI. DIE VENERIS.

De *Spiritu Sancto*.

Miſit præterea Spiritum San-

Sanctum è cœlo in ſuos diſcipulos, qui donis, & gratiis ſuis eos replevit, & in alios viros mutavit, *igneas linguas* eis dedit ad loquendum, & prædicandam eius legem magno ſpiritus fervore. *Et nunc* vult idem ipſe Dominus etiam è cœlo venire *ad Sacramentum*, & inde nobis Spiritum ſanctum communicare, gratiis ſuis replere, & amoris ſui igne inflammare, ut de eo ſentiamus, & cum eo loquamur, ut par eſt, ad noſtram majorem perfectionem, & aliorum bonum. Quare in hoc ſacramento venit ille Dominus, qui eſt *flos Ieſſe*. (Iſa. 11.) *In quo requievit Spiritus Dei*, cum ſeptem ſpiritibus, quos Iſa. appellat, cap. 11. *Spiritum ſapientiæ, & intellectus, ſpiritum conſilii, & fortitudinis, ſpiritum ſcientiæ, & pietatis, & ſpiritum timoris Domini*. Eſt quoque Zach.

5. *Lapis ſuper quem ſunt ſeptem oculi*, (Apoc.5.) *Qui ſunt ſeptem ſpiritus* Dei *miſſi in omnem terram*. Et ingrediens in cõmunicantem dignè tribuit ei ſeptem hos ſpiritus valdè copioſe: *timorem filialem*, quo ipſum revereatur, & ab omni recedat malo: *fortitudinem*, qua res magnas obſequii eius aggrediatur: *pietatem*, qua ad res divini cultus bene ſit affectus: *conſilium*, ne in rebus agendis aberret, *ſcientiam* ad opera Dei, ejuſque beneficia agnoſcenda, *Intellectum*, ad fidei myſteria penetranda: *ſapientiam* denique ad ſentiendum, & voluptatem capiendam in excelſis rebus divinitatis.

VII. DIE SABBATI.

De *inſpiratione Spiritus Sancti.*

Conſid. Quomodo Spiritus Sancti ſtatim cœperit inſpirare fidelibus frequentem hu-

hujus Sacramenti uſum: de quibus S. Lucas actuum 2. ait: *Erant perſeverantes in doctrina Apoſtolorum; & orationibus, & communicatione fractionis panis*, qui erat Euchariſtia. Nam Spiritus Sancti proprium eſt, juſtos his *tribus cibis* ſpiritualiter alere *concionibus* ſcilicet audiendis, *orationibus* fundendis, & hujus divini *panis communicatione*. Quos hoc ordine collocat, quia Dei verbum audire, diſponit ad orationem piè fundendam. Oratio ad Communionem, quæ præcipuus eſt cibus.

A PENTECOSTE.

Uſque ad Aduentum.

COnſiderari poſſunt myſteria divinitatis, ejuſque perfectionum, ac beneficiorum, quæ mundo contulit, quæ poſſunt in ſingules hebdomadę dies diſtribui, &c.

I. DIE DOMINICO.

De Myſterio SS. Trinitatis.

Conſid. Quod ſcilicet tres perſonæ Divinę propter unitatem in eſſentia, ſint in SS. Sacramento, comitantes corpus, & ſanguinem Ieſu Chriſti Domini noſtri, Pater itaque æternus ibi eſt, generans filium ſuum, eique communicans ſuammet divinitatem, ſummè gaudens, quod talem habeat filium, & quod ille ſit cum humanitate unitus,

ſub

Digitized by Google

ſub ſpeciebus panis , & vini : quia ipſe miſit illum in mundum , ut noſter eſſet redemptor, & nunc eundem mittit, ut noſtrum ſit alimentum : quod ab ipſo nobis dari petimus dicentes: *Pater noſter , qui es in cælis*: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*. Filius ipſe Dei cum ſumma voluptate in ipſo eſt *Sacramento*, accipiens eſſe a ſuo Patre : & uterque mutuo ſe amore infinito amantes: producunt Spiritum Sanctum, & ibi eſt cum ſua humanitate conjunctus, venitque eo , ut nos ſibi per amorem conjungat ponens nobis tanquam exemplar , unionem , quam cum ſuo Patre habet : ut ipſemet Chriſtus Dominus loquens , cum Patre ſuo affirmavit , dicens: Joan.7. *Ego charitatem , quam dediſti mihi , dedi eis : ut ſint unum ſicut , & nos unum ſumus .* Spiritus Sanctus in eodem Sacra-

cramento eſt, accipiens *ESSE* à Patre, & Filio cum ſummo gaudio: quod ſit unus, & idem Deus cum illis: & cupit ſeipſum nobis communicare in hoc Sacramento: ut faciat nos unum ſecum per charitatem, quam effundit in corda noſtra. Et ſic impletur, quod Salvator noſter dixit: Joan. 14. *Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.*

II. DIE LUNÆ.

De divinis perfectionibus.

Conſideratio erit ſemptem Divinarum perfectionum, quę in hoc myſterio elucent infinitę ſcilicet *Sapientiæ* Dei, qua talem convivii formam adinvenit, ut conjungeret res adeo diſtantes, & modo illo, adeò prodigioſo, ut nobis indul-

dulgeret. *Immenſitatis*, quam manifeſtat in eo, quod quemadmodum Deus eſt in omni loco, ita qua eſt homo, vult eſſe in cœlo, in terra, & in locis innumeris: ut poſſit ubique eſſe venerationi, & cum reverentia ſumi: *Omnipotentiæ*, qua ſtupenda adeò edit prodigia convertens ſubſtantiam panis in corpus ſuum, retentis interim accidentibus panis, quibus ſe tegat, & occultet, idque facit in uno momento, & ſimul in plurimis locis: Infinitæ *Charitatis*: qua nos adeò diligit, ut velit unum fieri nobiſcum, ſicut cibus cum comedente. Quamvis non nos eum eum mutemus in nos, ſed nos mutemur in eum: ut eius gloriæ participes efficiamur: Immenſæ *Miſericordiæ*: qua inductus, ipſemet in perſona venit, ad reparandas noſtras miſerias, & paſcendos eſurientes, po-

rum

tumque præbendum ſitientibus, cibo, & potu adeò pretioſis: Summæ *Perſeverantiæ* hæc omnia præſtans, & toties repetens uſque ad finem mundi aſſiſtens inter ſuos Eccleſiæ ſuæ, ut etiam nunc oſtendat ſe *in finem deligere* Ioan. 15 eoſque velit *in regnum ſuum* *ſecum deducere*.

III. DIE MARTIS.

De beneficiis naturalibus.

Conſideratio erit de beneficiis naturalibus, Creatione, conſervatione, & Providentia erga homines. Non enim contentus, quod nos ex nihilo creavit: & ſemper nos in eſſe quod dedit conſervet, peculiarem gubernationem, & providentiam uniuſcujuſque gerit, ſubveniés cuique prout opus habet, manumque ſuam aperiens ad eos benedictionibus ſuis replendos, tribuens ali-

alimenta neceſſaria corpori , cum mille ciborum differentiis , & varietatibus. Sed cum id totum modicum reputaret, voluit ſuaviſſimam ſuam providentiam oſtendere proſpiciens nobis de cibo alio cœleſti multo pretioſiori , quam fuerit Manna . Accipiens enim naturalem cibum panis , & vini : illum in corpus , & ſanguinem ſuum tranſubſtantiavit: ut ſub ſpeciebus rerum naturalium ingrederetur in nos, quod eſt Dei ſupremum. *Quid enim* ait Zacharias Propheta cap. 9. *bonum ejus eſt, & quid pulchrum ejus , niſi frumentum electorum , & vinum germinans Virgines ?*

IV. DIE MERCURII.

De beneficiis ſupernaturalibus noſtræ Redemptionis .

Conſideratio erit beneficiorum ſupernaturalium noſtræ re-

redemptionis cum filius Dei factus eſt homo, & in hoc viſibili mundo fecit erga homines omnia officia, quæ illi poterant in ſuum commodum optare. Oſtendit enim amabilem ſuam prudentiam erga eos. Nam, ut Magiſter, eos docuit doctrinam cœleſtem; ut Medicus, eorum curabat morbos, Paſtor, & Protector eoſdem regebat, & in ſuis periculis protegebat. Benefactor omnium univerſalis: ac denique fuit eorum Redemptor, effundens ſuum ſanguinem, & crucis mortem ſubiens. Et quoniam pauci homines frui potuerunt ejus præſentia in carne mortali, modum illum adinvenit, ut in hoc Sacramento remaneret, & cuique eadem conferret beneficia, & faceret particeps bonorum, quæ talia officia exercendo largitur.

V. DIE JOVIS.

De eiſdem.

Conſideratio erit beneficiorum ſupernaturalium, quæ ſunt media noſtræ ſalutis, & continentur in vocatione, juſtificatione, augmento gratiæ, & charitatis, omniumque virtutum: ac donis Spiritus Sancti, & perſeverantia uſque ad finem vitæ: quæ Dominus noſter communicat cęleſtibus ſuis inſpirationibus, & Sacramentis, quæ conſtituit, & nobis reliquit. Inter quæ tamen magis eminet Euchariſtia: In qua non contentus, quod ſua nobis dona largiatur, ſeipſum etiam nobis tradit, & ipſemet per ipſam venit, ut propria ſua manu ea nobis det, & inde in ipſa Miſſa mittit inſpirationes ſanctas, quibus vocat, juſtificat, & ferventiores reddit ad-

aditantes, & frequenti communione gratiam ſuam auget, & perſeverantiam in ea tribuit: ipſe enim dixit (Joan. 6.) *Qui manducat me, non morietur, ſed vivet in æternum.*

IV. DIE VENERIS.

De Sacrificio Miſſæ, & valore.

Conſid. Quod ſacrificium ſit fons duorum præſtantiſſimorum beneficiorum. Eſt enim infinitus Theſaurus, ex quo pretium accipimus, ad ſolvenda noſtrorũ peccatorum debita; immò etiam cognatorum noſtrorum, & amicorum viventium, ac defunctorum: eſtque titulus, & jus amplitudinis infinitæ ad impetranda omnia naturalia, & ſupernaturalia bona, quæ deſiderare poſſumus, & petere à Domino noſtro, in utilitatem, & commodum noſtrum, ac proximorum. Ex quo fit, ut

miracula , quæ Salvator noſter, dum viveret in hoc mundo , edidit erga infirmos , & indigentes , eadem etiam in hoc Sacramento ediderit , accipientibus illud viris ſanctis , tanquam medium ad ea impetranda : ad dandam ſcilicet infirmis ſanitatem eijciendos demones , hoſtes ſuperandos, & inſignia alia miracula .

VII. DIE SABBATI.

De beneficio cæleſtis Gloriæ .

Conſid. Beneficium Gloriæ celeſtis , quæ eſt æternus , & immutabilis ſtatus , ab omnibus malis , quæ timeri , aliàs poſſunt , expeditus ; plenus verò omnibus bonis , quæ deſiderari poſſunt , propter viſionem , & poſſeſſionem Dei , cujus pignus eſt ſanctiſſimum hoc Sacramentum , adeò certum , & ſecurum: ut ipſe Salva-

vator dixerit, (Joan. 9.) *Qui manducat meam carnem, habet vitam æternam.* Quare ſi Deus oculos mihi aperiret, tantumque lumen largiretur, ut videre poſſem totum, quod ibi latet, ſtatim eſſem beatus, ſicut, qui jam ſunt in Paradiſo. Et quemadmodum ait S. Joannes, (Apoc. 22.) *Quod è ſede Dei e & Agni procedebat fluvius aquæ vivæ, irrigans cæleſtem civitatem Jeruſalem (& ex utraque parte fluminis,* erant plurimę arbores *Vitę per menſes ſingulos reddentes fructum ſuum:)* & ſignificant ipſos beatos, quorum gaudia ſunt ſemper recentia, & perpetua, propter viſionem beatificam, quæ fluminis inſtar procedit à Divinitate, & humanitate Salvatoris; ita dicere licebit, in divino hoc Sacramento eſſe thronum, & ſedem Dei, & Agni, qui eſt Deus, & homo, à quo fluit fluvius gratię, ac

ac cęleſtium deliciarum: cujus virtute juſti conſervant bonorum operum fervorem, ad ſimilitudinem beatorum. Cum igitur Chriſtus verè ſit arbor vitæ, in ſe mutans comedentem ipſum: non mirum, quod ipſi comedentes etiam vocentur arbores vitæ: Excita igitur in te fide Chriſti Domini in hoc Sacramento præſentis cupiens uniri ei per ferventem amorem. Sic enim habebis hic inchoatam tuam beatitudinem, ſuſpirans ad æternam, & plenam conſequēdam, ac dicens cum Angelico Doctore S. Thoma:

Ieſu quem velatum nunc aſpicio,
Quando fiet iſtud, quod tam ſitio?
Ut te revelata cernens facie,
Viſu ſim beatus tuæ gloriæ?

ALIA

ALIA COMPENDIOSIOR

Exercitatio ante, & poſt ſacram Communionem.

1. Contritio de peccatis, & negligentiis, & Confeſſio præmittenda.
2. Intentio rectificanda.
3. Chriſti Paſſio memoranda.
4. Amor excitandus.
5. Humilitas procuranda.
6. Suffragia Sanctorum requirenda.

Poſt Communionem.

1. Chriſtus hoſpes humiliter amplexandus.
2. Beneficium viſitationis ipſius attentè conſiderandum.
3. Infinita erga ſe ejuſdem bonitas, & benignitas admiranda.
4. Imparitas tua ad gratiarum actionem dignè illi rependendam agnoſcenda.
5. *D*eo Patri ejus Filius dile-

 ctus

ctus offerendus.

6. Totum, quod in te eſt, ſanctiſſimæ Trinitati, & Beatæ Virgini Mariæ conſecrandum.

7. Neceſſitates propriæ, & proximi Chriſto Domino reverenter aperiendæ.

8. Gratia Dei ſuppliciter petenda.

9. Vota ex intimo cordis renovanda.

10. Proponendum.

QUINQUE PUNCTA

Ante, vel poſt Miſſam utiliſſime recitanda.

I.

DEteſtor, & abominor omnia, & ſingula peccata mea, & omnium aliorum; commiſſa ab initio mundi uſque in hanc horam, & deinceps uſque ad finem mundi committenda, & ſi poſſem, impedirem per gratiam Dei, quam ſupplex invoco.

II.

II.

Laudo, & approbo omnia bona opera facta à Principio mundi uſque in hanc horam, & deinceps uſque in finem mundi facienda, & ſi poſſem, ea multiplicarem per gratiā Dei, quam ſupplex invoco.

III.

Intendo omnia facere, dicere, & cogitare ad majorem Dei gloriam, cum omnibus illis bonis intentionibus, quas ſancti unquam habuerunt, vel habebunt, vel habere poſſunt.

IV.

℣ Ignoſco, & dimitto ex toto corde omnibus inimicis meis, omnibus me calumniantibus, omnibus mihi detrahentibus, omnibus quocumque modo mihi nocentibus, vel volentibus mala.

V.

Utinam omnes homines ſalvare poſſem moriendo pro ſingulis, libenter id facerem

per gratiam Dei, quam ſupplex invoco, & ſine qua nihil poſſum.

MODUS AUDIENDI

SACRUM valde compendioſus.

HIc modus tria continet, Præparationem. Oblationem, & Communionem ſpiritualem. Proinde dividitur ſacrum in tres partes; Prima uſque ad *Sanctus*, in qua fiet præparatio. Secunda à *Sanctus*, uſque ad *Agnus Dei*, in qua fiet Oblatio. Tertia ab *Agnus Dei*, uſque ad finem, in qua fit Communio, & Gratiarum actio.

Pro Præparatione.

Tria fac, 1. Propone, quo fine audias ſacrum, 2. Sacerdote dicente, *Confiteor*, &c. Conterere mente, & pete veniam de peccatis, per merita Jeſu, Mariæ, & Sancti de

quo-

Digitized by Google

quo ſit Officium, vel tui Patroni. 3. Ora vocaliter pro tua devotione.

Pro Oblatione.

Tria fac 1. Commenda Deo te, tuoſque, & ora pro quibus ſtatuiſti audire ſacrum. 2. Memor ſis Paſſionis, Crucis, effuſionis ſanguinis, & mortis Domini, quæ in ſacrificio repræſentatur. 3. Dum elevatur Corpus Domini, & Sanguis, adora ſic.

Ave verum Corpus, natum de Maria Virgine,
Vere paſſum, immolatum, in Cruce pro homine,
Cujus latus perforatum, unda fluxit cum Sanguine,
Eſto nobis prægustatum, mortis in examine;
O dulcis! O pie! O Jeſu, Fili Mariæ!

vel,

O verè digna Hoſtia,
Per quam fracta ſunt tartara.

Redempta plebs captivita,
Reddita vitæ præmia!

4. Offer Deo Patri Chriſtum, pro neciſſitatibus tuis, & Animabus Purgatorii, & dic: *Protector noſter, aſpice Deus, & reſpice in faciem Chriſti tui*: & proſequere Orationes vocales, ſi lubet.

Pro Communione ſpirituali.

Tria fac. 1. Humilia te cognoſcẽdo tuam indignitatem, quam hactenus oſtẽdiſti, quia negligenter ſerviviſti: plus te, & creata, quàm Chriſtum amaſti uſque poſt *Domine, non ſum dignus*, &c. 2. Invita Chriſtum, ut per Communionem te viſitare, paſcere, & corroborare dignetur, ſic:
Veni pater pauperum,
Veni, dator munerum,
Veni lumen cordium,
Conſolator optimè,
Dulcis hoſpes animæ,
Dulce refrigerium.

vel,

Digitized by Google

vel,

Rex Chriſte clementiſſime,
Tu corda noſtra poſſide,
Ut tibi laudes debitas,
Reddamus omni tempore.

vel,

Jeſu, noſtra redemptio,
Amor, & deſiderium;
Deus, Creator omnium,
Homo in fine temporum, &c.

vel,

Anima Chriſti (fol. 61.)

3. Facta Oblatione à Sacerdote, Gratias age, ſic: *Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi?* &c. vel *Diligam te, Domine* &c. vel *Gloria tibi, Domine, qui apparuiſti hodie*; vel cum S. Apoſtolorum Principe, *Domine, tu mihi?*

Super quibus verbis ſancti Chryſoſtomus, & Theopylactus hæc ſcribunt: *Quid eſt, TU? quid eſt, MIHI? Cogitanda ſunt potiùs, quam dicenda. ne fortè quod ex iis verbis aliquatenus dignum concepit Anima,*

ma, non explicet lingua. Attendat communicans ad hæc verba, & quem poterit fructum exinde capiat, & colligat. Idem enim eſt Dominus, qui venit ad te, quem Petrus pedibus ſuis olim provolutum, & humiliatum, non ſine timore, ſtupore, ac rubore conſpexit, & interpellavit dicendo, *Domine, TU MIHI lavas pedes*? Denique Sacerdotis benedictionem accipe, ut filius, patris, cum firma ſpe per illam accipiendi virtutem adimplendi, quod promiſeris.

SE-

SEQUUNTUR PRÆPARATIONES ad MISSAM, ex diverſis, devotiſque orationibus, actibus contritionis, & amoris Dei ſuper omnia, compoſitæ, per dies Hebdomadæ diſtributæ, pro opportunitate Sacerdotis.

Præparatio ante Miſſam: in die Dominica Actus Contritionis.

DOmine Jeſu Chriſte, verus Deus, & homo, creator pariter, ac Redemptor meus, doleo ex intimo cordis me tuam Majeſtatem offendiſſe, cum tu ſis Deus meus, & omnia, quem ſuper omnia diligere, & colere debeo. Proindè firmiter ſtatuo, ac propono me non ampliùs te offenſurum, ſed omnes peccandi occaſiones devitaturū

pro

pro viribus; me inſuper de noxiis meis confeſſurum, & pœnitentiam, quamcumque imponendam impleturum. Ad pleniorem verò ſatisfactionem hodiè tibi offero meipſum, vitam meam, omnes labores meos, omnia denique interiora, & exteriora mea. Et quemadmodum delictorum meorum veniam ſupplex efflagito, ita me eam imperaturum confido per infinitam miſericordiam, ac benignitatem tuam, per merita quoque pretioſiſſimi ſanguinis, ac Sanctiſſimæ Paſſionis tuæ, te igitur daturum ſpero gratiam emendandi vitam meam, & in bono uſque in finem perſeverandi intercedentibus pro me apud tuam clementiam Beatâ Mariâ ſemper Virgine Matre tuâ, & omnibus ſanctis. Amen.

In

In oratione ſequenti, Rogamus Deum, ut nobis concedat aliquod bonum, & neceſſarium exircitium ante Communionem Ex Thomâ à Kempis.

CUm tuam dignitatem, Domine, & meam vilitatem penſo, valdè contremiſco, & in me ipſo confundor. Si enim non accedo, vitam fugio: & ſi indignè me ingeſſero, offenſam incurro. Quid ergo faciam, Deus meus, Auxiliator meus, & Conſolator in neceſſitatibus, tu doce me viam rectam. Propono breve aliquod exercitium ſacrę Communioni congruum. Utile eſt enim ſcire, qualiter ſcilicèt devotè, ac reverenter tibi præparare debeam cor meum, ad recipiendum ſalubriter tuum Sacramentum, ſeu etiam celebrandum tam magnum,

&

& Divinum Sacrificium. Super omnia, deſidero ego indignus Sacerdos accedere ad hoc Sacramentum celebrandum, tractandum, & ſumendum cum ſummâ humilitate cordis, & ſupplici reverentia, cum plenâ fide, & piâ intentione honoris, & gloriæ Dei.

Antiphona.

DE reminiſcaris Domine delicta noſtra, vel parentum noſtrorum, neque vindictam ſumas de peccatis noſtris.

Quæ Antiphona in feſtis duplicibus tantum duplicatur: & tempore Paſchali additur in fine Alleluja. Deindè dicuntur ſequentes Pſalmi.

QUam dilecta tabernacula tua Domine virtutum. (*Pſal.* 83.)

Be-

Benedixiſti Domine terram tuam: (*Pſal.* 84.)

Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me: (*Pſal.* 85.)

Credidi, propter quod locutus ſum: (*Pſal.* 115.)

De profundis clamavi ad te Domine. (*Pſal.* 129.)

Antiph. Ne reminiſcaris Domine delicta noſtra, vel parentum noſtrorum, neque vindictam ſumas de peccatis noſtris.

Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indūcas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Ego dixi Domine miſerere mei.

℟. Sana animam meam, quia peccavi tibi.

℣. Convertere Domine aliquantulum.

℟. Et deprecare ſuper ſervos tuos.

℣. Fiat

Digitized by Google

℣. Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos.

℟. Quemadmodum ſperavimus in te.

℣. Sacerdotes tui induantur juſtitiam.

℟. Et ſancti tui exultent.

℣. Ab occultis meis munda me Domine.

℟. Et ab alienis parce ſervo tuo.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

AUres tuæ pietatis, mitiſſime Deus, inclina precibus noſtris, & gratiâ ſancti Spiritus illumina cor noſtrú: ut tuis myſteriis dignè miniſtrare, teque æternâ charitate diligere mereamur.

De-

Digitized by Google

Deus, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet ſecretum: purifica per infuſionem sãcti Spiritus cogitationes cordis noſtri: ut te perfectè diligere, & dignè laudare mereamur.

Ure igne ſancti Spiritus renes noſtros, & cor noſtrum, Domine: ut tibi caſto corpore ſerviamus, & mundo corde placeamus.

Mentes noſtras, quæſumus Domine, Paraclitus, qui à te procedit, illuminet: & inducat in omnem, ſicut tuus promiſit filius veritatem.

Adſit nobis quæſumus Domine, virtus Spiritus Sancti, quæ & corda noſtra clementer expurget, & ab omnibus tueatur adverſis.

Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, & de ejus ſemper cõſolatione gaudere.

Con-

Digitized by Google

Conſcientias noſtras quæſumus Domine, viſitando purifica, ut veniens Dominus noſter Jeſus Chriſtus filius tuus, paratam ſibi in nobis inveniat manſionem. Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Deprecatio ad Chriſtum.

DOmine Jeſu Chriſte, qui de ſinu Patris ad terram deſcendiſti, & peccatores tuo ſanguine redemiſti, obſecro te per Myſterium ſanctiſſimæ Incarnationis tuæ, ut exuas me veterem hominem cum omnibus actibus ſuis, cum vitiis, & concupiſcentiis, & impleatur, quod Apoſtolus tuus dixit, induimini Dominum Jeſum Chriſtum.

De-

Depræcatio ad B. Virgam Mariam.

O Mater pietatis, & Miſericordię Beatiſſima Virgo Maria ego miſer, & indignus peccator ad te confugio toto corde, & affectu, & precor pietatem tuam, ut ſicut dulciſſimo Filio tuo in Cruce pendenti adſtitiſti, ita & mihi miſerrimo peccatori, & Sacerdotibus omnibns hic, & in totâ ſancta Romanâ Eccleſiâ hodiè offerentibus clementer adſiſtere digneris, ut tuâ gratiâ adjuti, dignam, & acceptabilem hoſtiam in conſpectu ſummæ, & individuæ Trinitatis offerre valeamus. Amen.

De-

Deprecatio ad Sanctum, cujus Miſſa celebratur.

O Sancte N. ecce ego miſer peccator de tuis meritis confiſus, offero nunc ſacratiſſimum Sacramentum Corporis, & Sanguinis Domini Noſtri Jeſu Criſti, pro tuo honore, & gloriâ, precor te humiliter, & devotè, ut pro me hodiè intercedere digneris, ut tantum ſacrificium dignè, & acceptabiliter offerre valeam, & tecum, & cum omnibus electis ſuis æternaliter laudare, atque cum eo regnare valeam. Qui vivit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

IN-

Digitized by Google

Invocatio Angelorum, & Omnium Spirituum Beatorum.

Angeli, Archangeli, Principatus, Poteſtates, Virtutes, Dominationes, Throni, Cherubim, & Seraphim.

UT ſub veſtro honore digniſſimum ſacrificium offerre, & corporis, & ſanguinis Domini Sacramentum devotè ſuſcipere poſſimus, ſtate obſecro nobiſcum juxta aram templi, mittite ignem de altari Divini cordis in corda noſtra, ſuſcipite incenſa orationum noſtrarum in aurea thuribula cordium veſtrorum, ut ſic per vos aſcendat fumus aromatum noſtrorum in conſpectu Dei. Eia ſemper, & ubique, ſed maximè in hoc tanto myſterio, nos purgate, illuminate, & per-

perficite nos protegite, dirigite, & honeſtate: offerte etiam pro nobis, & nobis donate veſtram humilitatem, puritatem, & ſimplicitatem, veſtram charitatem, ſapientiam, & ſtabilitatem veſtram, denique devotionem, gratitudinem, & fervorem, ceteraſque virtutes, & perfectiones veſtras, quibus ornati, Deo placeamus, & gratum obſequiũ exhibeamus. Amen.

PRECES

Ante Miſſam,

Die Dominica.

O ſacrum convivium, in quo Chriſtus ſumitur, recolitur memoria paſſionis ejus, mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur.

Pa-

Pater de cęlis Deus, qui per æternum tibi Filium cuncta creaſti, eumque pro mundi reparatione carnem ſuſcipere voluiſti, ut ego indignus Sacerdos ejuſdē filii tui corporis, & ſanguinis ſacrificiuū dignè, tibique acceptabiliter offerre poſſim. *Miſerere mei.*

Fili Redēptor mundi Deus, qui ſacri corporis, & ſanguinis tui ſacrificium in memoriam amariſſimæ paſſionis tuę inſtituiſti, ac pro vivis, & defunctis in Eccleſiâ offerri voluiſti. *Miſerere mei.*

Spiritus ſancte Deus, piarum mentium inhabitator, qui incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti cooperator fuiſti, ut ego corpus, & ſanguinem ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti in ſacrificio corde purificato dignè offeram, & ſumam. *Miſerere mei.*

Sancta Trinitas unus Deus,

qui me peccatorem ſacris altaribus adſtare voluiſti ad ſancti nominis tui laudandam potentiam, ut tuæ Majeſtati dignè famulari, atque pro vivis, & defunctis tuam clementiam exorare poſſem. Miſerere mei.

Sancta Maria, de cujus utero Dei filius carnem ſuſcepit, quam ego indignus offerre, & ſumere intendo: ut hæc ſalutaria myſteria efficiantur mihi ſalus, & vita. Ora pro me.

Omnes ſancti Angeli, & Archangeli, qui Filium Dei hominem factum adoraſtis, jamque regnanti aſſiſtitis, ut ex ejus altaris participatione corpus, & ſanguinem ſumens, omni benedictione cæleſti, & gaudio replear; Orate pro me.

Sancte Joannes Baptiſta, qui Chriſti Domini corrigiam calceamenti ſolvere indignũ

te

Digitized by Google

te reputabas: dignus tamen ab ipſo habitus, qui ſacrum ejus verticem contingeres, ut ego hæc Sacramenta ſalutis humiliter, ac dignè tractare, & ſumere poſſim. Ora pro me.

Omnes ſancti Apoſtoli, quos Chriſtus in ultimâ cęna Sacerdotes novi teſtamenti creavit; ac primùm ſeipſo cibavit: ut gratiam per manũs impoſitionem mihi collatam non negligam, ſed quotidie incremento debito augeam. Orate pro me.

Omnes ſancti Evangeliſtæ, qui inſtitutione hujus ſacrificii debitum ſcripto teſtimonium dediſtis: ut ego plenâ fide, charitate ferventi, ac devotione perfectâ ſacrificiũ iſtud peragere poſſim. Orate pro me.

Omnes ſancti Martyres, qui Chriſto Regi Martyrum, corpus, & ſanguinem, vitamque in paſſione litanti, vicem

Digitized by Google

quam potuiſtis, Martyrii oblatione rependiſtis, ut ego me, meaque omnia, & ipſi tanquam diuturno Martyrio pefectè offeram. Orate pro me.

Omnes ſancti Pontifices, & Confeſſores, Sacerdotes Domini, qui dignâ ſacrorum communione multiplicem ab eo benedictionem, & vitam recepiſtis: ut meum, quod offero, & oblaturus ſum ſacrificium, ipſi quoque ſit acceptabile, mihique, & omnibus, pro quibus illud offeram, propitiabile. Orate pro me.

Omnes Sancti Monachi, & Eremitæ, qui cibo, potuque cæleſti ſæpius refecti, pravas concupiſcentias, & deſideria mala ſuperaſtis: ut ego ſacris hiſce myſteriis animatus, meipſum, omneſque inimicos animæ meæ ſuperem. Orate pro me.

Om-

Digitized by Google

" Omnes ſanctæ Virgines, & Viduæ, quæ per caſtitatis ſtudium dignum Filio Dei in vobis habitaculum præparaſtis: ut ego expurgatis omnibus, quæ ejus diſplicent Majeſtati gratum ei in animâ meâ exhibeam tabernaculum. Orate pro me.

Omnes ſancti, & ſanctæ Dei, qui beatificâ jam viſione aſpicitis, & adoratis, quem nos hic interim non niſi ſub ſpecibus, & quaſi in ænigmate videmus: ut per ſalutiferũ hujus Sacramenti uſum veſtro ſimul dignus conſortio inveniar. Orate pro me.

Oratio.

DEus, qui nobis ſub Sacramento mirabili paſſionis tuæ memoriam reliquiſti tribue quæſumus intercedentibus omnibus ſanctis tuis ita nos corporis, & ſanguinis tui ſacra myſteria vene-

Digitized by Google

rari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter ſentiamus. Qui vivis, & regnas Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Forma intentionis ad Miſſam celebrandam.

EGO intendo iſtam Miſſam celebrare ad laudem, & gloriam Sanctiſſimæ Trinitatis, & in perſona Jeſu Chriſti, & ipsâ charitate, & intentione, quâ ipſe Dominus noſter Jeſus Chriſtus, & ſancta Mater Eccleſia inſtituit: in memoriam Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, vitæ, & paſſionis, mortis, & reſurrectionis, operum, ac meritorum ſuorum, omniumque Sanctorum unionem. Ad laudem quoque, & exaltationem Beatiſſimæ Virginis Mariæ, cæleſtium Angelorum, Sanctorum, atque Sanctarum,

&

& ſignanter N. N., & aliorum Sanctorum, quorum memoriam hodie facit Eccleſia. Offero etiam cum ipſorum Beatorum laudibus, ſanctorumque omnium præcibus, & meritis nunc, & ſemper, hoc, & omnia alia ſacrificia, officia, orationes, & bona opera totius mūdi pro meis præſentibus, & futuris animæ, & corporis neceſſitatibus, in auxilium, & conſolationem meam, & in remiſſionem omnium peccatorum meorum, quorum veram contritionem ſemper habere intendo, & cupio, omniumque vivorum, & defunctorum meorum, parentum, & conſanguineorum amicorum, & inimicorum, benefactorum, in ſpiritualibus, & temporalibus, ac illorum, quibus fui gravamen, ſcandalum, & occaſio peccandi: pro omni gradu Eccleſiæ Catholicæ, ac illus

conſervatione, augmento, & exaltatione, & Chriſtianorũ Principum unione, hæreſum extirpatione: ſummi Pontificis ſalute; & animarum in purgatorio exiſtentium liberatione: pro conſervatione omnium Religionum: pro converſione omnium infidelium, pro mihi commiſſis, & commendatis. Denique pro illis omnibus vivis, & defunctis; pro quibus Dominus noſter Jeſus Chriſtus, & ejus Mater ſciunt, & volunt me debere orare, & ſacrificare. Sic oro, obſecro, orare, obſecrare, ſacrificare intendo, ac propono, ac juxta intentionem ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ, Ego N. miniſter licet indignus. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti Amen.

Hic adde; Memento vivorum.

1. MEmento mei, parentum, fratrum, conſan-

ſanguineorum, & amicorum, meorum.

2. Omnium, quibus fui gravamen, & occaſio peccādi.

3. Omnium benefactorum meorum in ſpiritualibus, & temporalibus.

4. Omnium mihi comiſſorum in genere, & ſpecie.

5. Omnium Sacerdotum, & Miniſtrorum Eccleſiæ Dei Catholicæ.

6. Omnium inimicorum, meorum ad dimiſſionem.

7. Omnium hæreticorum, & infidelium ad converſionem.

8. Omnium agonizantiū, & improviſè morientium.

9. Omnium, pro quibus vis, & ſcis me debere orare.

Memento mortuorum.

1. ANimarum parentum, fratrum, ſororum, conſanguineorum, & ami-

corum meorum.

2. Animarum omnium, quæ occaſione mei purgantur in purgatorio.

3. Animarum omniũ benefactorum meorum in ſpiritualibus, & temporalibus.

4. Animarum omnium mihi commiſſarum in genere, & ſpecie.

5. Animarum omnium Sacerdotum, & Miniſtrorum Eccleſiæ Dei Catholicæ.

6. Animarum, morte improviſâ corporibus exutarũ.

7. Animarum omnium, quarum nõ eſt ſpecialis memoria.

8. Animarum omnium miſerrimè exiſtentiũ in purgatorio.

9. Animarnm omnium, pro quibus vis, & ſcis me debere orare.

Ora-

Digitized by Google

Oratio S. Ambroſii, ut in Miſſali pro die Dominica ante Miſſam ponitur.

SUmme Sacerdos, & vere Pontifex Jeſu Chriſte, qui te obtuliſti Deo patri hoſtiam puram, & immaculatã in ara crucis, pro nobis miſeris, & peccatoribus, & qui dediſti nobis carnem tuam ad manducandum, & ſanguinem tuum ad bibendum, & poſuiſti myſterium iſtud in virtute Spiritus Sancti tui dicens: hæc quotieſcumque feceritis, in mei memoriam facietis: Rogo per eundem ſanguinem tuum, magnum ſalutis noſtræ pretium: Rogo per hanc miram, & ineffabilem charitatem, quâ nos miſeros, & indignos ſic amare dignatus es, ut lavares nos à peccatis noſtris in ſanguine tuo: doce me ſervum tuum indignum

gnum, quem inter cætera dona tua etiam ad officium ſacerdotale vocare dignatus es, nullis meis meritis, ſed ſolâ dignatione miſericordiæ tuæ: doce me quæſo per Spiritum ſanctum tuum tantum tractare myſterium eâ reverentia, & honore, eâ devotione, & timore, quibus oportet, & decet.

Fac me per gratiam tuam ſemper illud de tanto myſterio credere, & intelligere, ſentire, & firmiter tenere, dicere, & cogitare, quod tibi placet, & expedit animæ meæ. Intret ſpiritus tuus bonus in cor meum, qui ſonet tibi ſine ſono, & ſine ſtrepitu verborum loquatur omnem veritatem. Propter magnam clementiam tuam concede mihi Miſſarũ ſolemnia mundo corde, & purâ mente celebrare.

Libera cor meũ ab immundis, nefandis, vanis, & no-

xiis

xiis cogitationibus. Muni me beatorum Angelorum piâ, & fidâ cuſtodiâ, ac tutelâ fortiſſimâ, ut hoſtes omnium bonorum confuſi diſcedant: per virtutem tanti myſterii, & per manum ſancti Angeli tui repelle à me, & à cunctis ſervis tuis duriſſimum ſpiritum ſuperbiæ, & cœnodoxiæ, invidiæ, & blaſphemiæ, fornicationis, & immunditiæ, dubietatis, & diffidentiæ. Confundantur, qui nos perſequuntur, pereant illi, qui nos perdere feſtinant.

Oratio ad impetrandam divinam gratiam ex Thom. à Kemp. ante Miſſam.

O Dulciſſime, atque amantiſſime Jeſu Chriſte, quem nunc devotè deſidero ſuſcipere, tu ſcis infirmitatem meam, & neceſſitatem, quam patior, in quantis malis, & vi-

vitiis jaceo, quam ſæpè ſum gravatus, tentatus, turbatus, & inquinatus, pro remedio ad te venio, pro conſolatione, & ſublevamine te deprecor, ad omnia ſcientem loquor, cui manifeſta ſunt omnia interiora mea: & qui ſolus potes me perfectè conſolari, & adjuvare. Tu ſcis quibus bonis indigeo præ omnibus, & quam pauper ſum in virtutibus. Ecce ſto ante te gratiam poſtulans, & miſericordiam.

Refice eſurientẽ mendicum tuum. Accende frigiditatem meam igne amoris tui. Illumina cæcitatem meam, claritate præſentiæ tuæ. Verte mihi omnia terrena in amaritudinem, omnia gravia, & contraria in patientiam.

Erige cor meum ad te in cælum, & ne dimittas illud vagari ſuper terram. Tu ſolus

Digitized by Google

lius ex hoc mihi dulceſcas, uſque in ſæculum, quia ſolus cibus, & potus meus, amor meus, gaudium meum, & dulcedo mea. Utinam me totaliter ex tua prɛſentia accendas, & comburas, & in te transſmutes, ut unus tecum efficiar ſpiritus per gratiam internæ unionis, & liquefactionem ardentis amoris. Ne patiaris me jejunum, & aridum à te recedere: ſed operare mecum miſericorditer, ſicut ſæpiùs operatus es cum ſanctis tuis mirabiliter. Quid mirum ſi totus ex te igneſcerem, & in me ipſo deficerem, cum tu ſis ignis ſemper ardens, & nunquam deficiens, amor corda purificans, & intellectum illuminans. Amen.

Alia oratio ante Miſſam.

DEus, qui de indignis dignos facis, & de peccatoribus juſtos, & de immundis mundos: munda cor, & corpus meum ab omni contagione, & ſorde peccati, & fac me dignum, atque ſtrenuum ſanctis altaribus tuis miniſtrum, & concede propitius, ut in hoc altari, ad quod indignus accedo hoſtias acceptabiles, atque placabiles offeram pietati tuæ pro peccatis, & offenſionibus innumeris, & quotidianis exceſſibus meis, atque cunctorum ſimul Chriſtianorũ culpis abluendis, & per eum ſit tibi votum meum acceptabile, qui ſe tibi Deo Patri pro nobis obtulit ſacrificium, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, &c.

Alia

Alia oratio ante Miſſam.

VÆ mihi, quia vir pollutus labiis ego ſum: & in medio populi polluta labia habentis, ego habito: & Dominum Exercituum videbo oculis meis, & tractabo manibus meis. Domine Jeſu Chriſte infunde mihi fidem vivam hujus myſterii, ſicut in ultimâ cœnâ infudiſti diſcipulis tuis, accende in me charitatem tuam, vitia extingue, gratias adauge: Domine quis ſum ego, ut ad tuam menſam audeam accedere, tuũ ſacratiſſimũ corpus conſecraturus, & ſuſcepturus: rogo te per merita tua, & Beatæ Mariæ Matris tuę, & omnium Electorum tuorum, ut jubeas, & doceas me cum tantâ corporis puritate, & humilitate accedere ad celebrandum tantum, ac tam mirabile ſacrificium, ut tibi ac-

cep-

ptabile ſit, & tu Rex regum, & amator caſtitatis in tabernaculo cordis mei quietam habeas manſionem. Amen.

Alia oratio ante Miſſam.

Domine non ſum dignus ut intres ſub tectũ meũ, ſed tu Domine, qui dixiſti, qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo; propitius eſto mihi peccatori per ſumptionem corporis, & ſanguinis tui, & præſta ut non ad judicium damnationis illud ſummam, ſed miſericordiâ tuâ tribuente in ſalutem, & remiſſionem peccatorum meorum. Qui vivis, & regnas cũ Deo Patre, &c.

Me-

Digitized by Google

Meditatio Paſſionis Chriſti ante Miſſam die Dominca.

RESpjce Pater ſanctiſſime in faciem Chriſti tui, qui propter nimiam charitatem, quâ nos dilexit, homo fieri voluit, in ſtabulo natus, in præſepio collocatus, circumciſus, in Ægypto exulans. Dignatus es noſtrâ causâ baptizari, jejunare, tentari, peregrinari, Evangelium prædicare, patrare miracula, miſeris, & ægris opitulari.

Triginta tribus annis multiplices labores, ærumnas, moleſtias, & inſidias, injuriaſque hoſtium pertulit, donec tandem Jeroſolymam, ut pro nobis calicem amariſſimum biberet, profectus eſt.

Reſpice in faciem Chriſti tui, qui pridiè ante mortem ſuam cum dilectis diſcipulis Paſcha Jeroſolymis manduca-

Digitized by Google

cavit. Ubi ſurgens à cœnâ, cum ſe linteo præcinxiſſet, & aquam miſiſſet in pelvim, diſcipulorum pedes abluit, ac eos linteo exterſit, cum iiſdem diſcipulis amanter colloqués.

Reſpice in faciem Chriſti tui, qui non rogatus tale, tantumque teſtamentum condidit, ſuique corporis, & ſanguinis venerabile Sacramentum inſtituit, & reliquit, ut ſequentis mox paſſionis memoria in Eccleſia perpetuò celebraretur, tantique Sacramenti fructus ad vivos, & mortuos quotidie perveniret.

Reſpice in faciem Chriſti tui, qui cum diſcipulis in hortum oliveti abiens, pavere, ac mœſtus eſſe cœpit, ideoque dixit: Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem: ob inſtantis nempe paſſionis magnitudinem, ac atrocitatem. Ibi flexis genibus Patrem oravit, & in faciem procidens, ſe

ſe totum Patris voluntati reſignavit, ac tradidit tantis quidem preſſus anguſtiis, ut ſudor ſanguineus ex toto ipſius corpore dimanaret, ac Angelum conſolantem acciperet Filius Dei.

Reſpice in faciem Chriſti tui, qui mortis pro nobis oppetendæ deſiderio incenſus, inimicis capitalibus obviam proceſſit, & à Judâ quidem proditore oſculum ſumpſit, ab aliis verò diſcipulis derelictus, & à facinoroſis militibus tanquam latro vinctus, ligatus, direque tractatus fuit.

Reſpice in faciem Chriſti tui, qui ad Annam Pontificem probroſè primùm adductus eſt, & qui ab impio Annæ miniſtro crudelem alapam ſibi impactam ſuſcepit.

Oratio.

OBſecro te dulciſſime Jeſu Chriſte, ut paſſio tua ſit

mi-

mihi virtus, quâ muniar, protegar, atque defendar: vulnera tua ſint mihi cibus, & potus; aſperſio ſanguinis tui ſit mihi ablutio omnium peccatorum meorum: Mors tua ſit mihi gloria ſempiterna: Crux tua ſit mihi vita indeficiens: Reſurrectio, & auxilium: ſanitas, & gaudium; deſiderium, & ſolatium cordis mei, nunc, & in perpetuum. Qui vivis, & regnas &c.

Hic poteſt Sacerdos iterum denuò renovare intentionem, dicendo Ego volo celebrare Miſſ. &c.

POſtea ſacerdotalia ſumes veſtimenta; recordaberis faſciæ, quâ Jeſu Chriſti fuerunt velati oculi: albi indumenti, quo ſtulti ad inſtar fuit illuſus: funium, quibus tam in horto, quam ad columnam fuit ligatus; & purpureæ veſtis, quâ fuit illuſus, ut ſictus Rex.

Accedendo ad altare, reminiſceris Domini, quando Cruce humeris impoſitâ, perrexit ad montem calvariæ, ut ibi cruci affigeretur.

Ad altaris aſcendens gradum antequam ordinaris Miſſam, tuam ad Deum elevabis mentē; ac denuò æterno Patri hoc offeres Sacrificiū in unione illius immenſi amoris, quo Unigenitus ejus Filius ſemetipſum obtulit in arā crucis.

Incipies Miſſam voce mediocriter altā, piè, diſtinctè, & non multum feſtinanter pronunciando verba, obſervādo cęremonias tēpori congruas, cum gravitate, devotione, & circumſtantium ædificatione uti in Miſſalis annotatæ ſunt rubricis.

Ad Gloria in excelſis, excitandus eſt affectus ad offerendum Deo ſacrificium laudis, ejuſque gloriam pro viribus promovendam.

Ad præfationem mens iterum ſurſum elevanda eſt ad novam intentionem , & offerendum ſacrificium Euchariſticum cum ardenti affectu gratitudinis cũ omnibus Angelis , & Sanctis in cælo, & in terrâ. Hic affectus in toto Canone continuandus eſt , cum attentâ ejus lectione non recitatione de memoriâ . Jam jam conſecraturus hoſtiam , priuſquam cõſecrationis pronunties verba , mentaliter ſic renovabis intentionem .

Cum illâ, Domine Jeſu Chriſte , humilitate , charitate , & intentione , quam habuiſti , & Sancta Catholica etiam nunc habet Eccleſia : cum eadem in hac actione, tua potentiſſima pronũciabis verba , Hoc eſt, &c.

Cum eodem affectu conſecrabis , & calicem . In actu adorationis , peractâ jam conſecratione , Domino offeres

toto

toto corde in ſacratiſſimâ hoſtiâ præſenti, eoſdem adorationis actus, quibus illum in cælo, & in terrâ omnes Sancti, ac univerſa adorat Eccleſia. Idipſum toties facies, quoties aliquem exhibebis adorationis cultum, ſeu actum.

Elevando in altum ſacratiſſimam Hoſtiam, forti fide, & profundâ humilitate, ac reverentiâ, æterno illam offeres Patri, atque una cum illâ teipſum in perpetuũ holocauſtum, ad ſuam gloriam, commendando illi finem, ad quem applicatur Miſſæ ſacrificium.

Idem etiam facies in elevatione Calicis; illum offerendo magno affectu in tuorum delictorum remiſſionem: ac totius mundi ſalutem.

Accepturus manu Hoſtiam mente illam puritatem immaculatarum manuum ſacratiſſimæ ejus Matris offeres Domino,

no, quibus ab illâ infans læte exceptus fuit.

Accepturus Hoſtiam ſacroſanctam, paulisper ſubſiſtens, vivâ fide; Domino Jeſu, in illo vere præſenti, profundæ adorationis exhibebis actum: offerendo illam vivâ fide, humilitate, charitate, & ſanctitate, quâ ſacratiſſima ejus Genetrix eum in terrâ ſuſcepit, & quâ illum omnes ejus ſuſceperunt electi, atque etiam num Sancta Catthollica ſuſcipit Eccleſia, in ſupplementum ſummæ tuæ imperfectionis, & ſpiritualis paupertatis.

Accipiendo Calicem, ſimiliter corde profundam pretioſiſſimo Sanguini pro tuis fuſo peccatis, facies adorationem, ſupplicabiſque, ejus meritis, & virtute tibi donari humilem omnium offenſarum indulgentiam, & ardentem ejus honoris, & animarũ ſalutis zelum.

Si

Si aliis ſacram diſtribues Communionem, mentis oculos diriges ad immensã Unigeniti Filii Dei charitatem, & humilitatem, quâ ſeipſum indifferenter omnibus pro illorum ſalute dedit in cibum; & inter diſtribuendum in ejus ſacris vulneribus, intimo cordis affectu, communicantium Deo commendabis animas.

Gratiarum actiones poſt ſacrum die Dominica. In receſſu ab altari.

Antiph. Trium puerorum cantemus hymnum, quẽ cantabant ſancti in camino ignis benedicentes Dominum.

In duplicibus duplicatur ante & poſt; tempore paſchali in fine additur Alleluia.

BEnedicite omnia opera Domini Domino: (*Canticum trium Puerorum.*)

Digitized by Google

Laudate Dominum in ſanctis ejus: (*Pſal.* 150)

Deinde repetitur *Antiph.* Trium puerorum cantemus Hymnum.

Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon.

Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Confiteantur tibi Domine omnia opera tua.

℟. Et ſancti tui benedicãt tibi.

℣. Exultabũt ſancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis.

℣. Non nobis Domine, non nobis.

℟. Sed nomini tuo da gloriã.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

Ore-

Digitized by Google

Oremus.

DEus, qui tribus Pueris mitigaſti flammas igniũ; concede propitius, ut nos famulos tuos, non exurat flamma vitiorum.

Actiones noſtras quæſumus Domine aſpirando præveni, & adjuvando proſequere, ut cuncta noſtra oratio, & operatio à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur.

Da nobis quæſumus Domine, vitiorum noſtrorum flammas extinguere: qui beato Laurentio martyri tuo, tribuiſti tormentorum ſuorum incendia ſuperare. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Am.

Heu mihi quam nimis malè complevi hoc ſacrificium, & percipi hoc venerabile Sacramentum: Domine Jeſu Chriſte miſerere mei, ignoſce mi-

Digitized by Google

mihi, quod ego egi, commendo divino cordi tuo emẽdandum, & corrigendum; tibique illud offero in ſalutem animæ meæ, & omnium fidelium tam vivorum, quàm mortuorum. Amen.

Oratio poſt Miſſam die Dominica.

O Dulcedo cordis mei, & vita animæ meæ; ò jucunda requies ſpiritus mei, dulcis Jeſu, Immortales tibi ago gratias pro omnibus beneficiis mihi collatis: ſignanter verò, quia hodie me indignum feciſti; verum, & immaculatum corpus, & ſanguinem tuum pretioſum conſecrare, pertractare, illudque tibi offerre in memoriam tuorum mirabilium, ad tuam gloriam, & in remiſſionem peccatorum, tam meorum, quam illorum, pro quibus orare, ſacrificare, & offerre propoſui, illoque

que in ſalutem, & conſolationem animæ meæ cibari, & nutriri; quapropter verè dicere audeo; cibus meus Chriſtus; & ego ejus. Multiplico ergo, & quotieſcumque reſpiro multiplicare intendo voluntatem in infinitum in tuis laudibus. Præcorque Beatam Virginem Mariam, Angelos, Sanctos; Sanctas, & creaturas univerſas pro me tibi referre gratias: immò quia iſtæ minimè ſufficiunt. Te ſupplico, ut tibi ipſi gratias agere; te laudare, & glorificare complaceas: quia dignatus es iſtam indignam animam, tuã tamen facere manſionem effice me hominem ſecundum cor tuum: Uni me tibi intime, & totum transforma, & tranſmuta in te. Salva me Jeſu Chriſte; & cunctam a me hoſtis antiqui repelle nequitiã; per tuam innocentiſſima paſſionem, Oro tamen, ut digne-

ris gratias , & indulgentias omnes , quas hoc ſacrificio , vel Communione mediante acquirere , & lucrari poſſum, concedere tam mihi , quam aliis , vivis , & defunctis, quibus applicare propoſui: qui te ipſum , & pro ipſis exoro , & pro quibus tu vis , & ſanctiſſimus Pontifex intendit hac de cauſâ me debere orare. Amen.

Alia oratio poſt Miſſam :

GRatias tibi ago Domine piiſſime, quod me ad officium Sacerdotale elegiſti. Gratias tibi ago , dulciſſime Deus, quod me tuo dulciſſimo Corpore , & Sanguine refeciſti. Gratias tibi ago Domine clementiſſime pro devotione , quâ me in hac Miſsâ ſpecialiter reſpexiſti. Gratias tibi ago benigniſſime Deus , quod me protegendo à periculoſis negligentiis cuſtodiſti.

Mi

Digitized by Google

Mi Domine Deus, ecce pro gratiſſimâ electione, pro tam dulciſſimâ refectione, pro tam piiſſima reſpectione, pro tam benigniſſima protectione, & cuſtodia, tibi optime Deus, ex toto corde gratias ago, te benedico, te laudo, te glorifico in æternum. Eia nunc oro piiſſime Deus, ut ſit mihi hoc dulciſſimum Sacramentum contra omnium peccatorum meorum vulnera efficaciſſimũ medicamentum. Sit mihi benigniſſime Deus hoc venerandum Sacramentum omnis virtutis, & gratiæ victorioſiſſimum complementum. Sit mihi piiſſime Deus, hoc dulciſſimum Sacramentum, tam in vitâ, quàm in morte contra omnia pericula validiſſimum tutamen tuum. Sit mihi dulciſſime Deus, hoc amantiſſimum Sacramentum ad æternam beatitudinem ſolidiſſimũ fulcimentum. Mi Domine

Deus per ſumptam, quæſo Euchariſtiam, da mihi, ut à peccatis emundatus, merito fœcundatus, fine bono conſummatus, tecum in perpetuum ſim beatus, cui eſt honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Alia oratio poſt Miſſam, in quâ Patri æterno Filius offertur.

O Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis: qui ex abundantiâ infinitæ charitatis tuæ dediſti nobis Unigenitum Filium tuum, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam: utque ex immenſo meritorum ejus theſauro noſtra ſuppleatur inopia: En ego miſer peccator, ſed per miſericordiam tuam, vocatus in ſocietatem filii tui: nunc quoque particeps factus ſum Corporis, & Sanguinis ejus. Proindeque illum jam in pe-

ctore meo complector, & tanquam rem meam intimè mihi conjunctam poſſideo.

Atque ut talem, in unione charitatis, quâ ſeipſum olim dedit pro nobis in ara crucis, & modò ſe dat, & communicat in Sacramento Altaris: tibi eum offero unà cum omnibus meritis, atque virtutibus, in æternam laudem, & gloriam tuam. ut in illo tibi perfectè complaceat: & nos, qui tibi placere de actibus noſtris non valemus, dilectiſſimi Filii tui meritis, & patrocinio perfectè placeamus. Offero tibi Pater ſanctiſſime, omnem ejus charitatem, religionem, obedientiam, humilitatem, paupertatem, manſuetudinē, patientiam, cum aliis omnibus virtutibus, quibus excelluit, ut totum, quod mihi defuit, per illas ſuppleatur.

Cumque ego tibi debitas gra-

gratias agere nequeam, pro beneficiis in me collatis, offero tibi omnes laudes, quas ipſe obtulit cum viſibilis inter homines in terra verſaretur: & quas tibi nunc offert in gloriâ. Cum verò ſatisfacere nequeā tibi pro debitis, ſeu peccatis meis, offero tibi omnes ejus labores, jejunia, vigilias fatigationes, orationes, quidquid fecit, aut pertulit, à primo inſtanti conceptionis, quouſque ſpiritum emiſit in cruce: omnes anguſtias, dolores: ac tormenta paſſionis; omnem ſanguinem pro me effuſum, omnia vulnera pro me accepta, ac mortem pro me toleratam.

Ecce hic eſt theſaurus Pater clementiſſime, in quo totam ſpem repoſuit: hæ ſunt divitiæ, quas offero in ſatisfactionem omnium debitorum meorum. Adſpice pie Pater in faciem Chriſti tui, & cum

ſit

ſit hic Filius tuus dilectus, in quo tibi ſemper bene complacuit, qui mihi nunc intimè conjunctus eſt; ſupplex rogo, ut me quoque reſpicias oculis miſericordiæ tuæ. Sub ejus protectione, ac tutelâ, ſub umbrâ meritorum ipſius, compareo coram te, ut illum præcipuè intuens, me quoque clementer, ac benignè reſpicias, & tanquam mancipium ejus, & ſervum perpetuum.

Ne permittas obſecro, ut pereat illa anima, quæ toties in ſe recipit Filium tuum, qui à te miſſus venit in mundum, quærere, & ſalvum facere, quod perierat. Hoc præſta mihi per infinitam miſericordiam tuam. Amen.

Alia oratio poſt Miſſam ad Beatam V. Mariam.

O Sereniſſima, & inclyta Virgo Maria Mater Domini mei Jeſu Chriſti, Regi-

da cœli, & terrę, quæ eundem Creatorem omniũ creaturarum tuo ſancto utero digna fuiſti portare cujus idem veraciſſimum Corpus, & Sanguinem ego indignus ſumere præſumpſi. Rogo te per virginalem humilitatem tuam, & per paſſionem, & mortẽ ejuſdem Filii tui, ut ad ipſum pro me miſero peccatore intercedere digneris, ut quidquid in ejus ſumptione benedictiſſima ignoranter, negligenter, vel accidentaliter omiſi, tuis ſanctiſſimis precibus mihi indulgere dignetur.

Fac ò benedicta per gratiã, quam meruiſti, ut qui te mediante dignatus eſt fieri particeps infirmitatis, & miſeriæ noſtræ, te quoquè intercedente participes nos faciat bonitatis, ac gloriæ ſuæ, Jeſus Chriſtus Filius tuus Dominus noſter, qui eſt ſuper omnia benedictus in ſæcula. Amen.

Alia

Alia oratio ad Sanctos in primis patronos, quorum interceſſione, fructus hujus Sacramenti à Deo petitur.

O Sancti Dei omnes, qui jam pertranſiſtis hujus mortalitatis pelagum, & perveniſtis ad portum fœlicitatis æternæ, qui in carne viventes, ſic Domino ſerviiſtis, ut jam cum ipſo ſine fine regnetis. Obſecro vos per veſtram charitatem, ſecuri enim eſtis de vobis, ſoliciti eſtote pro nobis. Per ipſum vos rogo, qui vos elegit, qui nunc replet in bonis omne deſiderium veſtrum, eſtote memores noſtri, qui adhuc in mediis naufragii periculis verſamur.

Subvenite mihi miſero peccatori, qui ad portum quietis quem vos fœliciter attigiſtis, aſpiro, ut per veſtras oratio-

nes

nes veſtro tandem jungar cõſortio. Adeſto mihi quæſo precibus, meritiſque veſtris, ut panis ille cæleſtis, & Viaticum divinum, quod modò ſumpſi, mihi contra omnes infirmitates, pericula, & inſidias præſtet robur, & tutamen: ut in fortitudine cibi illius ambulem per hujus mundi deſertum uſque ad montem Dei, & ibidem dulciſſimâ illius fruitione vobiſcum jugiter gaudeam: & Deum unà vobiſcum laudem per omnia ſæcula. Amen.

Per mediam horam, aut quartam horæ partem recolliges te intra te ipſum, & ibidem, ac ſi præſentem videris Ieſum Chriſtum, qui jam ſumptione divini Sacramenti introgreſſus eſt te ſequentes exercebis actus.

1. TAnquam tuo Domino, vel Patri, vel Medico &c.

Digitized by Google

&c. profundum adorationis præſtabis actum.

2. Grariarum actionis actum pro tanto beneficio.

3. Amoris exhibebis actus ardentes.

4. Contritionis tuorum delictorum.

5. Oblationis tui ipſius, ac totius tuæ vitæ.

6. Varias, hoc vel ſimili modo efflagitabis gratias.

Oratio, in qua ſupradicti continentur actus.

Clementiſſime Domine Jeſu Chriſte, unice Salvator meus, toto, & intimo corde te adoro; & pro tanto beneficio immenſas gratias ago. Et quia omni dignus es amore, ſupra omnia te amo: & doleo, quòd non, quantum mereris, te amaverim, & amem. Et in locum hujus defectûs illas tibi offero, adoratio-

tiones, gratiarum actiones, benevolentiæ, necnon amoris, reverentiæ, & gratitudinis affectus, quibus te tua Sacratiſſima complexa eſt Mater, & omnes Sancti, ac ſervi tui, quoſque tibi unquam perſolverunt, atque in cælo, una cum universâ Eccleſiâ Catholicâ tuâ ſponsâ, perſolvunt. Doleo ſuper omnia, mi Domine, quod quomodocumque te offenderim; & ſummoperè diſplicet mihi, quòd non tantum doleam, quantum tua bonitas requirit, & Majeſtas: deque tuæ ſacratiſſimæ paſſionis virtute, cunctarum offenſarum ſubmiſsè deprecor veniam, & remiſſionem. Offero cum eadem quoque me ipſum, omneſque, quos exantlavi, & quos per omnem meam vitam exantlaturus labores, & quidquid ſum perpeſſurus, in ſatisfactionê, & remiſſionem omnium meorum

rum

rum peccatorum, uti infinitæ tuæ bonitati, & clementię confido, quod omnes meas mihi remiſſurus ſis noxas. Humiliter inſuper precor, ut emendandi, & uſque in finem in tuo ſancto ſervitio perſeverandi concedas gratiam. Amen.

Memoria Paſſionis D. noſtri Ieſu Chriſti poſt Miſſam die Dominica.

RESpice Pater Clementiſſime in faciem Chriſti tui, qui à Caiphâ Pontifice, & pleno ſenatu perinde, ac malefactor exceptus, multa, & acerba, & contumelioſa tulit, utpotè à falſis teſtibus accuſatus, pro blaſphemo inquiſſimè condemnatus; à multis illuſus, & conſputus, alapis, colaphiſquè impetitus, ac indignis modis totâ nocte vexatus.

Reſ-

Reſpice in faciem Chriſti tui, qui à proceribus judæorum ad Pilatum manè deductus, demiſſo vultu coram ethnico judice adſtitit, & falsò accuſatus, ad objecta crimina ſilere, quàm reſpondere maluit.

Reſpice in faciem Chriſti tui, à Pilato ad Herodem regem tranſmiſſi, & à Judæis graviter iterum accuſati. Sed neque curioſo regi petenti Dominus quidquã concedit, nec judæis reſpõdet accuſantibus: ſtultus interim habitus eſt ab Herodianis, qui enim veſte albâ illuſum, & vinctum ad Pilatum remittunt.

Reſpice in faciem Chriſti tui, qui in prætorio veſtibus ſuis exutus, & ad columnam ligatus, crudeliſſimè flagellatus, ut ex toto corpore lacerato ſanguis non modicus proflueret.

Reſpice in faciem Chriſti tui,

tui, qui poſt diram flagellationem à Pilati ſatellitibus coccineâ induitur veſte, & coronam ſpineam capiti impreſſam non ſine magno dolore ſuſtinet. Porrigunt illi arundinem, quâ & caput ſacrum verberatur, per ludibrium genuflectentes adorant, Regem judæorum ſalutant; faciem venerandā conſpuunt, & alapas frequenter impingunt ſacrilegi.

Reſpice in facicm Chriſti tui, qui coronam ſpineam, veſtem purpuream geſtat, & foras à Pilato judice producitur, hunc furibundus populus ad crucem damnari poſtulat importuniſſimè.

Reſpice in faciem Chriſti tui, quem innoxium Pilatus pro tribunali ad crucem iniquiſſimè damnat, qui & crucis arbor gravatus, & viribus propè deſtitutus ad funeſtum ſuppiicii locum per me-

Digitized by Google

diam urbem protruditur, præter quaſdã mulierculas, nullo fere commiſerante.

Reſpice in faciem Chriſti tui, qui feſſus, & anhelus ad calvariæ locum cum cruce pervenit, & myrrati cum felle vini oblatum poculum deguſtavit, juxta illud, dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potaverunt me aceto.

Reſpice in faciem Chriſti tui, qui ante crucem veſtibus expoliatus, nuduſque in ligno diſtentus, & clavis confixus, pœnas crucifixionis graviſſimas toleravit.

Reſpice in faciem Chriſti tui, qui medius inter latrones in erecta cruce pendens, ac vehementer ſitiens, pro crucifixoribus, aliiſque blaſphemis Patrem velut advocatus invocat: Matrem vero mœſtiſſimam de cruce compellat: nec ſine clamore valido, & lachrymis pro-

Digitized by Google

profuſis ſuum ſpiritum Patri commendat, mortem longe acerbiſſimam guſtans, ut Sacerdos idem, & *hoſtia* nos iræ filios Deo Patri reconciliet, ac mundum perditum morte redimat ſuâ.

Reſpice in faciem Chriſti tui, cujus exanime dexterum latus per lanceam aperitur, nobiſque ſanguinem, & aquã profundit: cujus præterea corpus per amicos de cruce deponitur, & unguentis aromaticis oblinitur, ſindoneque munda involvitur, priuſquam ſepulchro mandetur.

Oratio.

DOmine Jeſu Chriſte fili Dei vivi pone paſſionẽ, crucem, & mortem tuam inter judicium tuum, & animã meam, nunc, & in hora mortis meæ. Largiri mihi digneris gratiam, & miſericordiam, vivis veniam, defunctis re-

quiem , Eccleſiæ tuæ pacem , cunctiſque peccatoribus vitam , & miſericordiam ; & gloriam ſempiternam . Qui vivis , & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen .

Domine Deus auge in nobis fidem , ſpem , & charitatem . Radicitus extirpa omne peccatum , & vitium , diſcordiam , infidelitatem , errores , opiniones . Increpa errantes , converte incredulos . Schiſmaticos in Eccleſiæ unitatem recollige , lumen gratiæ tuæ illis oſtende .

Eccleſiæ paſtores , & præpoſitos , cæteroſque primores , Imperatorem , Reges , Duces , Epiſcopos , & omnem poteſtatem ab omnibus adverſitatibus corporum , animarumque cuſtodi . Peccatores ad veram pœnitentiam converte . Juſtos in bono conſerva . Cogitationes eorum , verba , & opera confirma . Miſerere

om-

Digitized by Google

omnium Domine, & in tua ſervitute deditos corrobora. Enutri operarios, erige mœſtitia preſſos, infirmos cura, egentibus neceſſaria adminiſtra, peregrinantibus optatum largire in patriam reditum. In periculis maris conſtitutis portum ſalutis tribue; prægnantes lætifica, captivos ſolve.

Dimitte omnibus, qui mecum peccaverunt, vel quos ad peccandum impuli. Affectis per me injuria, & ſcandalizatis, vel circumventis redde centuplum. Omnium ſanguine, vel familiaritate mihi conjunctorum, parentum, fratrum, ſororum, quorum utor opere, vel ope, qui pro me orant, qui orationi meæ ſe commendarunt, omniumque de me bene ſentientium iter in via ſalutis dirige. Exaudi illos qui in quacumq; tribulatione ad te clamave-

rint . Inimicis noſtris , & nobis charitatem largire perpetuam . Sit omnibus patientia, benignitas, miſericordia; procul ſit invidia , & amarulentia .

Sed , & piiſſime Pater miſerere omnium animarum in Chriſto dormientium . Imprimis parentum meorum , cæterorumque , quibuſcum familiariter ſum converſatus , vel quorum hæreditates nunc poſſideo , omniumque , qui in tua fide requieſcant. Requiem æternam dona eis Domine , & lux perpetua luceat eis . Amen .

Pater æterne per vitam , & mortem dilectiſſimi Filii tui , per viſcera miſericordiæ tuæ rogo te, concede mihi, ut in bono præſeverem , & moriar in gratia tua . Amen .

O bone Jeſu per charitatem æterni Patris , & ultima in cruce verba, quibus Patri ſpiri-

Digitized by Google

ritum commendaſti, te rogo, ſuſcipe Spiritum meum in ſine vitæ meæ.

Spiritus ſancte Deus. Miſerere mei, & ſancta inſpiratione tua me ſemper, & potiſſimum in hora mortis meæ corrobora.

Sancta Trininitas unus Deus. Miſerere mei, nunc, & n hora mortis meę. Amen.

Deprecatio ad Chriſtum adverſus ſuperbiam.

DOmine Jeſu Chriſte, mitis, & humilis corde, qui à te ipſo nos humilitatis documentum ſumere, verbo, & exemplo juſſiſti, nam cum in forma Dei eſſes æqualis æterno Patri, formam ſervi accipiens, humiliaſti temetipſum; factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis. Tolle à nobis omnem ſuperbiam, mentiſque tumorem, ut nulla in re glorian-

tes, præterquam in te, neminemque deſpicientes, ſubmiſſè de nobis ſentiamus: teque ſolum humili corde laudemus. Etſi quid boni habere videmur; non à nobis, ſed à te deſcendere, perenni omnium bonorum fonte, agnoſcentes, non nobis, ſed nomini tuo gloriam perpetuò demus. Amen.

Præparatio ante Miſſam.
Feria ſecunda.
Actus amoris Dei ſuper omnia.

O Magne Deus! te amo ſuper omnia, te deligo ex toto corde, ex tota anima, & omnibus viribus meis: ac firmiſſime propono omnia mandata tua implere, omniaque, te aſpirante, peccata vitare. Et quare? non aliâ causâ, quàm ob immenſam perfectionem, incomprehenſam potentiam, altiſſimam la-

ſapientiam, infinitam bonitatem tuam, ſive propter teipſum, & quia omni amore digniſſimus es. O Pater! ò Fili! ò Spiritus ſancte! ò Sanctiſſima Trinitas! ò Deus meus, & omnia!

PRECES

Ante Miſſam Feria ſecunda.

PAter de cœlis Deus, qui ſic dilexiſti mundum, ut Filium tuum Unigenitum dares, eumque pro nobis carnem ſumere, & crucem ſubire feciſti. Miſerere mei.

Ut tantæ charitatis opus grata mente recolere, atque in hoc ſacro myſterio commemorare valeam. Miſerere mei.

Pater æterne, qui amore noſtri proprio Filio non pepercisti, ſed pro omnibus no-

bis illum tradidiſti. Miſerere mei.

Ut eum toties viſceribus, & intimis amoris affectibus, excipiam: & meipſum totum, quantus ſum, tibi reddam, nec mihi, ſed tibi vivam. Miſerere mei.

Fili Redemptor mundi Deus, qui ex infinita charitate opus noſtræ redemptionis ſuſcepiſti; & in caſtiſſimo Mariæ Virginis utero carnem ſumens, in ſimilitudinem hominum factus es, & habitu inventus, ut homo. Miſerere mei.

Ut tam immenſæ charitatis tuæ, & ſanctiſſimæ Incarnationis memoriam intimo corde recolam, quoties per hoc Sacramentum naſceris in animâ meâ. Miſerere mei.

Jeſu dulciſſime Salvator, qui paraſti menſam in conſpectu noſtro adverſus omnes, qui tribulant nos. Miſerere mei.

Ut

Digitized by Google

Ut nunquam prævaleant adverſum me inimici mei, nec timeam mala, quoniam tu mecum es, & in hoc Sacramento præſens. Miſerere mei.

Jeſu amabiliſſime, qui dixiſti venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Miſerere mei.

Ut relever pondere peccatorum meorum, quoniam ſicut onus grave gravata ſunt ſuper me; & refice hoc cæleſti pabulo eſurientem, ac deficientem Spiritum meum. Miſerere mei.

Spiritus ſancte Deus, qui myſterium Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti mirabili virtute divinitatis operatus es in utero Virginis, eam ineffabili modo fœcundans, & ſanctificans, ut dignum filii Dei habitaculum effici mereretur. Miſerere mei.

Ut ego quoque eumdem

Dominum, ac Deum meum ſyncero affectu, ac puro corde in hoc Sacramento concipere, & deinceps ſanctis operibus palam oſtendere valeã. Miſerere mei.

Sancta Trinitas unus Deus, qui aperis manum tuam, & imples omne animal benedictione. Miſerere mei.

Ut panis ille, qui confirmat cor hominis, detur mihi ad veſcendum, & in fortitudine cibi illius ambulem per hoc deſertum uſque ad montem ſanctum tuum. Miſerere mei.

Sancta Maria, quæ ſola inter mulieres benedicta, ad altiſſimum Dominicę Incarnationis myſterium electa, & à Spiritu ſancto præparata, Dominum cæli, & terræ caſtiſſimis viſceribus tuis concipere, novem menſibus geſtare, ac mundo Salvatorem edere meruiſti. Ora pro me.

Ut ego indignus famulus

tuus

tuus hunc ipſum Dominum, immò Filium tuũ purâ mente in hoc ſacrificio ſuſcipere, ac portare, aliiſque diſpenſare valeam. Ora pro me.

Omnes Sancti Angeli, & Archangeli, qui Dominum veſtrũ propter nos hominem factum humiliter adoraſtis, & jacentem in præſepio Regem veſtrum cum ſtupore venerati eſtis, nec non gaudium de nato Salvatore nuntiaſtis, & jam regnanti in cælis ad miniſterium ſemper adſiſtitis, quin etiam ipſum altare celebrante Sacerdote, frequenter, ac venerabundi cingitis. Orate pro me.

Ut & ego hunc panem Angelorum digno ſemper honore tractem, & ejus frequenti uſu ſic cõfirmetur cor meum, ne unquam mihi prævaleant inimici mei. Orate pro me.

Sancte Joſeph, qui in ſponſum Mariæ Deiparæ, & in-

Nutritium Christi Jeſu à Deo delectus, ſponſæ, & coniugi tuæ ſedulam curam, & obſequium, Alumno, ac filio tuo putativo omnem cultum, & honorem præſtitiſti. Ora pro me.

Ut & ego ſedulò famulari valeam: & præſertim Chriſto in venerabili Sacramento debitum cultum, ac reverentiam ſemper exhibeam. Ora pro me.

Oratio ex Thomas à Kempis ante Miſſam feria ſecunda.

SUper bonitate tua, & magna miſericordia tua, Domine confiſus, accedo æger ad Salvatorem, eſuriens, & ſitiens ad fontem vitæ, egenus ad Regem cæli, ſervus ad Dominum, creatura ad creatorem, deſolatus ad meum pium conſolatorem. Sed unde hoc mihi, ut venias ad me?

quis

Digitized by Google

quis ego ſum, ut præſtes mihi teipſum? quomodo audet peccator coram te apparere? tu noſti ſervum tuum, & ſcis quia nil boni in ſe habet, unde hoc ipſi præſtes. Confiteor igitur vilitatem meam, agnoſco tuam bonitatem, laudo pietatem, & gratias ago propter nimiam charitatem. Propter temetipsũ enim hoc facis, nõ propter mea merita. ut bonitas tua mihi magis innoteſcat, charitas ãplior augeatur, & humilitas perfectius cõmendetur. Quia ergo tibi hoc placet, & tu ſic fieri juſſiſti, placet & mihi dignatio tua, & utinã iniquitas mea non obſiſtat.

O dulciſſime, & benigniſſime Jeſu, quanta tibi reverentia, & gratiarum actio cum perpetua laude, pro ſuſceptione ſacri Corporis tui debetur, cujus dignitatem nullus hominũ, qui explicare poſſit, invenitur. Sed quid cogita-

gitabo in hac communione, in acceſſu ad Dominum meũ, quem debitè venerari nequeo, & tamen devotè ſuſcipere deſidero? quid cogitabo melius, & ſalubrius, niſi meipſum totaliter humiliando coram te, & tuam infinitam bonitatem exaltando ſupra me? laudo te, Deus meus, & exaltabo in æternum: deſpicio me, & ſubiicio tibi in profundum vilitatis meæ.

Ecce ſanctus Sanctorum, & ego ſordes peccatorum. Ecce tu inclinans te ad me, qui non ſum dignus ad te reſpicere. Ecce tu venis ad me, tu vis eſſe mecum, tu mihi dare vis cæleſtem cibum, & panem Angelorum ad manducandũ: non alium ſane, quàm te ipſum, panem vivum, qui de cælo deſcendiſti, & das vitam mundo.

Alia Oratio ante Miſſam.

O Deus ſcrutator cordis mei, cupio ſumere, utinam re ipsâ poſſim, mirabile, & cęleſte Sacramentum omni, qua par eſt pietate, & religione; omni affectu, deſiderio, & fervore Angelorum, & omnium Electorum tuorum Domine ante te omne deſiderium meum, paratũ cor meum, Deus, paratum cor meum; offero tibi totum cor meum, & omnia, deſiderium pauperis exaudi, ò Domine, preparationem cordis ejus audiat auris tua. Suppleat divina, & immenſa tua benignitas quidquid humana mea non valet infirmitas.

O dulciſſime Deus creator, ac Salvator meus doleo ex intimo corde, quod offenderim te Dominum, ac Deum, te quem amare debeo ſuper omnia, quia & ſuper omnia

bo-

Digitized by Google

bonus es, & plurima mihi bona tribuiſti: & heu infœlix, & ingratus ego peccator non tribui niſi mala pro bonis. Verùm propitius eſto peccatis mei Domine, nunc enim firmiter ſtatuo, ac propono non amplius te offendere, omneſque peccandi occaſiones fugere, ideoque hoc Sacramentum ſumere cupio, ut in amore tui confirmer: & contra omnes peccandi occaſiones muniar, ut te in me, & ego in te maneam. Cupio ò Deus offerre tibi hoc Sacrificium ad laudem, & gloriam nominis tui, ad utilitatem quoque animæ meæ, totiuſq; Eccleſiæ tuæ ſanctæ. Itaque voluntariè ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum eſt. Quid enim aliud quæram præter te, ò Deus meus, & omnia? ſi te habeo, quid eſt quod non habeam? ſi te colo propter te,

ut

tu eris merces mea magna nimis. Quid autem mihi ſit in cælo, & a te quid velim ſuper terram? Cum tu ſis pars hæreditatis meæ, & calicis mei, tu, qui reſtitues hæreditatem meam mihi.

Alia Oratio ante Miſſam, ut in Miſsali pro Feria ſecunda ponitur.

REx virginum, & amator caſtitatis, & integritatis, cæleſti rore benedictionis tuæ extingue in corpore meo fomitem ardentis libidinis: ut maneat in me tenor caſtitatis corporis, & animæ. Mortifica in membris meis carnis ſtimulos, omneſque libidinoſas commotiones, & da mihi veram, & perpetuam caſtitatem cum cæteris donis tuis, quæ tibi placent in veritate; ut ſacrificiũ laudis caſto corpore, & mundo corde valeam tibi

tibi offerre. Quantâ enim cordis contritione, & lacrymarum fonte, quantâ reverentiâ, & tremore, quantâ corporis caſtitate, & animæ puritate iſtud Divinum, & cæleſte ſacrificium eſt celebrandum, ubi caro tua in veritate ſumitur, ubi ſanguis tuus in veritate bibitur: ubi ima ſummis, terrena Divinis junguntur, ubi adeſt Sanctorum Angelorum præſentia, ubi tu es ſacrificium, & Sacerdos mirabiliter, & ineffabiliter conſtitutus.

Hic poteſt Sacerdos dicere. Ego volo celebrare Miſſam, ut in Dominica, ſi jam non dixerit antequam recitaverit orationes præcedentes.

Oratio

Oratio devotiſſima, & forma intentionis dicenda à Sacerdote, ante Miſſam.

PAter cæleſtis clementiſſime Domine, Pater miſericordiarum; ſuſcipe hodie per manus ſervi tui hoc ſacroſanctum Sacrificium, verum Corpus, & Sanguinem Unigeniti Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti, in ſatisfactionẽ, & remiſſionem peccatorum meorum, in ſalutem, & fortitudinem animæ meæ, & totius domus meæ, & omnium illorum, quibus aliqua obligatione teneor, & omnium Prælatorum, Prædicatorum, Sacerdotum, & Religioſorum Catholicæ fidei, ut eis gratiam Spiritus ſancti impertiri digneris ad ſalutem animarum ſuarum, & regimen totius populi Chriſtiani, & omnium peccatorum hujus mundi, ut eos

eos convertas , & ducas ad viam ſalutis , in conſolationem omnium tribulatorum , ut eis adjutorium , & veram patientiam tribuas , in refrigerium , & liberationem omnium animarum exiſtentium in purgatorio , & maximè illarum , quæ auxilium à me verè expectant , & ad illuminationem , & convertionem , omnium gentium , infideliũ , & hæreticorum , & ſchiſmaticorum , ut cognoſcant , & ament te ſummam veritatem , Patrem omnipotentẽ, qui cum Filio,& Spiritu ſancto es laudabilis, Deus , & benedictus in ſęcula ſæculorum . Amen .

Hic

Digitized by Google

Hic adde Memento Vivorum, & Mortuorum, ut in Dominica:

Alia Oratio ante Miſſam.

AD menſam dulciſſimi convivii tui pie Domine Jeſu Chriſte, ego peccator de propriis meritis nihil præſumens, ſed de tuâ confidens miſericordiâ, & bonitate, accedere vereor, & contremiſco. Nam cor, & corpus habeo multis criminibus maculatũ, mentem, & linguam non cautè cuſtoditam. Ergo ò pia Deitas, ò tremenda Majeſtas, ego miſer inter anguſtias deprehenſus, ad te fontem miſericordiæ recurro, ad te feſtino ſanandus, ſub tuam protectionem fugio: & quem judicem ſuſtinere nequeo, Salvatorem habere ſuſpiro. Tibi Domine plagas meas oſtendo, tibi verecundiam meam dete-

tego.

Digitized by Google

tego. Scio peccata mea multa, & magna, pro quibus damnari timeo. Sed ſpero in miſericordiis, & miſerationibus tuis, quarum non eſt numerus. Reſpice ergo me oculis miſericordiæ tuæ, pie Domine Jeſu Chriſte, Rex ęterne Deus, & homo crucifixus propter hominem Exaudi me ſperantem in te. Miſerere mei pleni peccatis, & miſeriis, tu, qui fontem miſerationis nunquam manare ceſſabis. Salve ſalutaris victima, pro me, & omni humano genere in crucis patibulo oblata. Salve nobilis, & pretioſiſſime ſanguis de vulneribus crucifixi Domini noſtri Jeſu Chriſti profluens, & peccata totius mundi abluens. Recordare Domine creaturæ tuæ, quam tuo ſacro ſanguine redemiſti. Pœnitet me peccaſſe; cupio emendare quod feci. Aufer à me ergo clementiſſime Pater,

om,

omnes iniquitates, & peccata, ut purificatus mente, & corpore dignè deguſtare merear ſancta Sanctorum. Et concede, ut ſancta prælibatio Corporis, & Sanguinis tui, quem ego indignus ſumere intendo, ſit peccatorum meorũ remiſſio, ſit delictorum perfecta purgato, ſit turpium cogitationum effugatio, bonorum ſenſuum regeneratio, operumque tibi placentium ſalubris efficacia animæ quoque, & corporis contra inimicorum meorum inſidias firmiſſima tuitio. Amen.

Alia Oratio ante Miſſam.

DOmine non ſum dignus ut intres ſub tectum meũ: ſed tu Domine, qui dixiſti; qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in eo: propitius eſto mihi peccatori per ſum-

ſumptioné Corporis, & Sanguinis tui, & præſta ut non ad judicium damnationis illud ſumam, ſed miſericordiä tuä tribuente, in ſalutem, & remiſſionem peccatorum meorum. Qui cum Deo Patre vivis, & regnas, &c.

Precatio in qua Chriſti Paſſio, & mors Deo Patri offertur ante Miſſam.

IMmenſæ bonitati tuæ gratias ago Pater æterne, idémque ſumme amator hominum Deus, qui ut nos perditos redimeres, ac pœnis perpetuis liberares, innocentiſſimum Filium tuum pœnis immaniſſimis, & morti acerbiſſimæ ultrò tradidiſti.

O charitas, ò pietas incomprehenſibilis: immaculatum illum agnum, quo nihil erat ſanctius, ac præſtantius, nobis donari, & excruciari voluiſti,

luiſti, ut mortem noſtram, moriendo deſtrueret, veramque vitam nobis reſurgendo repararet.

Offerimus ergo tibi, Pater, hunc Filiũ chariſſimum, hunc Sacerdotem, & Pontificem ſummum, hunc paſtorem optimum, atque fideliſſimum, qui ſeſe pro nobis tradidit oblationem, & hoſtiam in odorem ſuavitatis.

Per illum vultum mundi propitiatorem charitati tuæ gratias perpetuas debemus, & agimus; propter illum remiſſionem peccatorũ, & gratiam petere, & ſperare audemus: quoniam ille factus eſt nobis ſapientia, & juſtitia, ſanctificatio, & redemptio: ipſius livore ſanati ſumus: ipſe pro peccatis noſtris, ac totius mundi vera, & efficax eſt propitiatio.

Petimus ergo Pater æterne, ut chariſſimi filii tui, &

Digitized by Google

Mediatoris noſtri ſacrificium in cruce oblatum , quo nihil tibi gratius , & nobis utilius eſſe poteſt , clementer admittas . Illius lachrymas , gemitus , clamorem : illius vincula , flagella , ſpinas , vulnera , illius crucem , ſanguinem , & mortem offerimus tibi , ut animis noſtris , quamlibet impuris , & ſauciis , medicinam præbeant ſalutarem .

Atque verum ſanctiſſimæ paſſionis hujus fructum percipiamus , vitæque tanto Mediatore gloriemur ; illam concede gratiam , quæ juſtificandis , & ſalvandis omnibus eſt neceſſaria : nimirum ut non ſolum Redemptoris noſtri meritis , ac promiſſis fidamus , verum etiam preceptis ejus obediamus , ac veſtigiis ejuſdem , & exemplis inſiſtamus . Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum . Amen .

Alia

Alia oratio in qua continuatur memoria Paſſionis Chriſti ante Miſſam.

O Jeſu Chriſte, æterna dulcedo te amantium, jubilus excedens omne gaudium, & omne deſiderium, ſalus, & amator peccatorum, qui delicias tuas teſtatus es eſſe cum filiis hominum, propter hominem homo factus es in fine temporum: memento omnis præmeditationis, & intimi meroris, quem in humano corpore ſuſtinuiſti inſtante ſaluberrimæ Paſſionis tuę tempore in Divino Corpore prærdinato.

Memento triſtitiæ, & amaritudinis, quam in anima, teipſo teſtante, habuiſti, quando in ultimâ cęnâ diſcipulis tuis Corpus, & Sanguinem tuum tradidiſti, pedes eorum laviſti, & dulciter eos conſo-

lando imminentem Paſſionem prædixiſti.

Memento omnis timoris, anguſtiæ, & doloris, quem in tuo Corpore delicato ante Paſſionē crucis tuæ pertuliſti, quando poſt trinam orationem, & ſanguineum ſudorem à Judâ diſcipulo tuo tradebaris, ab electâ gente capiebaris, à falſis teſtibus accuſabaris, à tribus judicibus injuſtè judicabaris, in electa civitate in paſchali tempore, in floridâ corporis juventute innocenter damnabaris, veſte propriâ exuebaris, & veſtibus alienis induebaris, colaphizabaris, oculis, & facie velabaris, alapis cædebaris, ad columnam ligabaris, flagellabaris, ſpinis coronabaris, arundine in capite feriabaris, & innumerabilibus aliis calumniis lacerabaris.

Da Domine Deus mihi quęſo ob memoriam harum ante cru-

crucis tuæ paſſionem, veram ante mortem meam contritionem, puram confeſſionem, dignam ſatisfactionem; ac omnium peccatorum meorum remiſſionem. Amen.

Gratiarum actio post Miſſam feria ſecunda.

VÆ mihi miſero, qui Deũ meum tam negligenter laudo, & ſervio: Ecce Dominus meus amariſſimè pro me tota nocte paſſus, & nullam requiem habuit, & ego mediâ horâ cum eo attente, reverenter, & devotè vigilare non potui. Adjuva me Domine Deus meus, ut valeam tibi ſapienter pſallere, & ſemper placitam exhibere ſervitutem.

Oratio poſt Miſſam.

GRatias ago tibi Domine Sancte Pater omnipotens æternæ Deus, qui me peccatorem indignum ſatiare dignatus es corpore, & Sanguine Unigeniti Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti, & precor, ut hoc Sacramentum non ſit mihi reatus ad pœnã, ſed interceſſio ſalutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, & ſcutum bonæ voluntatis, ſit vitiorum meorum evacuatio, concupiſcentiæ, & libidinis exterminatio, humilitatis, obedientiæ charitatis, patientiæ, ac totius virtutis augmentatio, contra inſidias inimicorum meorum, tam viſibilium, quàm inviſibilium firma defenſio, motus vitiorum meorum perfecta quietatio; in te ſolo, ac vero Deo firma adhæſio: atque

que finis mei felix conſummatio. Et precor te, ut ad illud ineffabile convivium me indignum peccatorem perducere digneris, ubi tu es ipſe cum ſanctis tuis lux vera, ſatietas plena, & gaudium ſempiternum.

Alia oratio poſt Miſſam ex Manuali Catholico verepai.

DOmine Jeſu Chriſte in memoriam charitatis, quà propter me natus, paſſus, crucifixus, & mortuus es, offero tibi hujus Miſſæ, & omnium Miſſarum, quæ in toto mundo fiunt, hoſtiam ſacroſancti corporis, & ſanguinis tui. Obſecro per viſcera miſericordiæ tuæ, ut ſuſcipias, & Patri tuo offeras in eâ virtute, quâ illi in cruce moriens Spiritum tuum tradidiſti, ut vivis tuam gratiam, & defunctis requiem, & omni-

bus nobis miſericordiam, vitamque largiaris ſempiternam.

Alia oratio poſt Miſſam.

CLementiſſime Salvator Chriſte Jeſu quàm ſuavis es, & mitis, & multæ miſericordiæ omnibus invocantibus te? cum enim non eſſemus, divina potentia creaſti nos: cum inimici tui eſſemus, è cælo veniens mirâ ſapientiâ redemiſti nos, & quia ſine te tam corpore, quàm ſpiritu, vivere, moveri, & eſſe non poſſumus, immensâ bonitate tuâ, tot Sacramentis, & auxiliis gratiæ nos uſq; conſervas, immo corpus, & ſanguinem tuum, ideſt teipſum, modo prorſus admirabili in hoc Sacramento largiris. O charitas, ò pietas, ò novum, & grande myſteriũ.
Tunc Deus meus ad me ve-

te

nire dignaris rex, ac Dominus ſummæ Majeſtatis, ad infimum ſervum? creator ad creaturam? unde hoc mihi, ut tu Domine venires ad me? à quo abire poteras, quia homo peccator ſum: quid eſt homo, quod memor es ejus, aut filius hominis, quia viſitas eum? An neſcis, quis ſim ego? pulvis, utique cinis, vas ſordium, eſca vermium, & ad hunc tu de cælo venis? O Deus, & Dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in universâ terrâ. Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Utinam aperiantur labia mea, & repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam, totâ die magnitudinem tuam, & enarrem univerſa mirabilia tua.

Benidic anima mea, & omnia, quæ intra me ſunt nomini Sancto ejus: Benedic ani-

Digitized by Google

ma mea Domino, & noli oblivisci omnes retributiones ejus: qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui ſanat per hujus Sacramenti virtutem omnes infirmitates tuas. Magnus es Domine, & laudabilis nimis; & quis narrabit potentias tuas; auditas faciet omnes laudes tuas? Ego quidem, & ſi omnia membra mea verterentur in linguas, & omnes vitæ meæ reſpirationes, attamen longè minor eſſem cunctis miſerationibus tuis, unde agnoſcens inſufficientiam meam, exopto ut omnes creaturæ meoum, & pro me laudent, & benedicant nomen tuum in æternũ.

Sed ante omnia, ò clementiſſime Deus, accipe laudes, & gratiarum actiones, quas Filius tuus Salvator noſter in aſſumptâ humanitate ab inſtanti incarnationis toto vitæ ſuæ decurſu perſolvit. Et illas

Digitized by Google

las præcipuè cum inſtituens hoc Sacramentum quaſi jam tum agnoſcens, impares nos eſſe gratiis tanto beneficio referendis, elevatis oculis in cælum, ad te Deum Patrem ſuum omnipotentem, omniũ noſtrum nomine gratias egit.

Suſcipe ò mitiſſime Pater, & illas gratiarum actiones, quas Beata Virgo Unigeniti Filii tui Mater, tibi obtulit, quando eum, quem ego ipſe jam incluſum pectori meo complector, ipſa ſuis caſtiſſimis viſceribus concepit, portavit, & peperit; nec non, & illas quas toto vitæ ſuæ tempore, & potiſſimum, quoties jam ſublatum in cælos in Sacramento recepit, ex ardenti cordis deſiderio, & intimâ devotione perſolvit. Benedicant quoque, & laudent te omnes Angelici Spiritus, qui throno Majeſtatis tuæ jugiter trementes adſiſtunt, & can-

tant ineceſſabili voce dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus.

Oratio, in qua per manus Beatæ Mariæ petimus Sacrificium Deo commendari.

O Dulciſſima Virgo Maria, quæ eumdem Dominum, quem ego modo ſuſcepi, de Spiritu ſancto conceptum, in ſacratiſſimo Utero tuo portare meruiſti; intercede pro me apud eumdem filium tuũ, omniſque negligentiæ, & indignitatis, in ſummi hujus Sacramenti ſumptione commiſſæ veniam mihi impetres.

O Mater miſericordiæ, per te precor acceſſum habeam ad Filium, & per te nos ſuſcipiat, qui per te datus eſt nobis. Excuſet apud ipſum integritas tua culpam noſtræ corruptionis, & humilitas tua Deo grata noſtræ veniam impetret vanitati, & ſuperbiæ. Amen.

Ora-

Oratio devotiſſima ex operibus Thom. à Kempis, in qua fit memoria Paſſionis Chriſti poſt Miſſam.

RESpicc clementiſſime Pater de Sanctuario tuo, & de excelſo Cœlorum habitaculo, ſuper ſacrificium acceptabile tibi, intuere ſacroſanctam hoſtiam Unigeniti Filii tui, quam offert vultui tuo pro nobis. Ipſe eſt ſummus Sacerdos, & verus Pontifex, qui non alienam hoſtiam, ſed propriam carnem dedit ad immolandum in arâ crucis pro vitâ ſeculi.

Memento amariſſimæ Paſſionis ejus, quam gravia, & indigna ſuſcepit: qualiter ab horâ matutinâ uſque ad exitum ſuum in cruce pro humano genere laboravit, clamans ſanguinis ſui effuſione pro reconciliandis tibi pec-

cato

catoribus, ut amicos de inimicis faceret, & de ſervis profugis, adoptionis filios.

Aſpice, & cognoſce, cujus ſunt ſigna amabilia, adoranda per ſæcula. Ecce crux, clavi, lancea, fel, arundo, ſpongia, ſputa, flagella, corona ſpinea, ſudor ſanguineus, alapa, virga, fuſtis, columna, alba veſtis, purpurea, & inconſutilis tunica.

Iſta ſunt pretioſa ornamenta, & regalia vexilla, quibus ad debellandas aëreas poteſtates proceſſit Unigenitus tuus in noſtrâ carnis ſubſtantia.

Iſta ſunt arma bellica, quibus mors devicta eſt, & humana natura redempta. Per hæc igitur benedicta, & glorioſa paſſionis inſignia dimitte mihi omnia peccata mea.

Sit mihi hæc veneranda, armatura, & decora contra omnia vitia, & tentamenta, ſingularis potentia. Sit mihi

quo-

quotidianum ſpeculum ; & dulciſſimum animæ meæ ſolatium tam doloroſum, & flebile ſpetaculum.

O mi Pater fideliſſimè, quid agam, quia nihil dignum in me reperio aptum dono gratiæ tuæ. Verumtamen bone Pater, cujus ſunt omnia dona bonorum, ſcio quia nullius indiges, & tamen te parva noſtra delectant, ſi ea devotè, & ſpontaneè tibi videris offerri.

Dabo igitur aliquid, & modicum, quo mihi relictum deperire poteſt; amori tuo ſacrificabo. Nam tibi oblatum melius mihi manet, & tamen merces futura non deerit liberè offerenti.

Nunc ergo ſi digneris accipere, ecce voluntariè meipſum offero, & tuæ diſpoſitioni animam meam, & corpus meum fidenter relinquo.

Obſecro te mitiſſimè, & bo-

Digitized by Google

ne Jeſu, ut hæc immortalis hoſtia, pro me tibi gratias referat, me tibi reconciliet, me tibi reſtituat, mihi peccatori veniam tribuat, & ad vitam perducat æternam. Amen.

Lava me piiſſime Jeſu in tuo Sanguine, & per piiſſima vulnera tua, ſana plagas animæ meæ. Confige clavis timoris tui pedes cordis mei, voluntates, & affectus, affige firmiter cruci pœnitentiæ, ut interiùs diſponatur cor meũ ſecundum beneplacitum voluntatis tuæ, & exteriùs convertantur membra corporis mei in uſum miniſterii tui, & ſecundum formam præceptorum tuorum dirigantur opera mea, quatenus abdicatâ prorſus ſæculi vanitate, & ſentiendi voluptate, ac noxiâ curioſitate, de cruce præſentis pœnitentiæ ad triumphum gloriæ perveniam æternæ: Amen.

De-

Deprecatio ad Deum adverſus Avaritiam.

LIberaliſſimè Deus, qui bonorum noſtrorum non eges; & bona tua nobis tam abundè largiris; ſed & de bonis ad uſum vitæ conceſſis, nos liberales erga proximos inopes eſſe jubes, ideoque eleemoſynas, & charitatis opera nobis aſſiduè commendas; inclina cor noſtrum in teſtimonia tua, & non in avaritiam; da nobis temporalia pro nomine tuo libenter tribuere, & liberaliter communicare.

Cupiditatem verò, quæ omnium malorum radix eſt à cordibus noſtris evelle: ut aliena non appetentes, propria autem, non ex triſtitiâ, aut neceſſitate, ſed plenâ manu, pioque animo largientes, ſicut hilares datores, à te diligi,

ligi , paratumque à conſtitutione mundi regnum percipere valeamus . Amen .

Præparatio ante Miſſam Feriâ Tertiâ Actus contritionis , & amoris Dei ſuper omnia .

DOmine Jeſu Chriſte , verus Deus , & verus homo , creator , & Salvator meus , doleo ex toto corde meo , quod te offenderim , quia tu Deus meus es , & te amo ſuper omnia , firmiterque ſtatuo numquam poſthâc peccare , ſed omnes peccandi occaſiones evitare . Propono quoque peccata mea confiteri ; pœnitentiam , quæ injuncta fuerit , exſolvere , & ſi quid alicui debeam , reſtituere . Amore etiam tui remitto injuriam omnem à quocumque mihi illatam . Inſuper ad expianda peccata mea ,

mea, offero Majeſtati tuæ vitam, labores, & bona opera mea universa, ut verò humillimè peccatorum meorum veniam efflagito, ita confido ab infinitâ bonitate tuâ per merita Sanctiſſimæ Paſſionis, ſanguinis, & mortis tuæ, ea mihi remittenda: præſtandam etiam gratiam, quâ vitam meam emendem, & in ſanctiſſimo ſervitio tuo in finem uſque perſeverem. Amen.

PRECES

Ante Miſſam
Feria Tertia.

PAter Sanctiſſime, qui miſiſti Filium tuum in mundum, non ut judicet mundum, ſed ut mundus ſalvetur per ipſum. Miſerere mei.

Ut Corpus, & Sanguis ejus non mihi ſit ad judicium, &

& condemnationem, ſed ad vitam, & ſalutem. Miſerere mei.

Pater Sapientiſſime, qui mirabili conſilio ſalutem noſtram operatus es in medio terræ, & Filium tuum, quem ab æterno tibi æqualem genuiſti, in tempore de Virgine naſci, & in hoc Sacramento, novo, & admirabili modo exiſtere, & uſque ad conſummationem ſæculi nobis adeſſe voluiſti. Miſerere mei.

Ut pro tam ineffabilis gratiæ, & charitatis tuæ beneficiis nunquam ingratus inveniar. Miſerere mei.

Jeſu Miſericordioſiſſime, qui miſertus es ſuper turbas, diù te ſuſtinentes; & non habentes, quod manducarent, mirabili virtute potentiæ tuæ omnes ad ſatietatem paviſti. Miſerere mei.

Ut non deficiam in viâ, ſi fuero

Digitized by Google

fuero cæleſti fraudatus alimoniâ. Miſerere mei.

Jeſu liberaliſſime, qui pinguem nobis dediſti panem, præbentem dilicias Regibus, & cibas nos ex adipe frumenti. Miſerere mei.

Ut ſic adipe, & pinguedine repleatur anima mea, nec areſcat aliquando cor meum, ſi oblivifcar comedere panē meum. Miſerere mei.

Jeſu benigniſſime, qui nos exhortaris ad ſumendum te, dicens: caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Miſerere mei.

Et da mihi hunc panem, & potum dignè ſumere, ut non eſuriam, nec ſitiam iterum, nec moriar in æternum. Miſerere mei.

Spiritus ſancte Deus, qui myſterium Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti, mirabili virtute divinitatis operatus es in Utero Virginis;

cam

eam ineffabili modo fœcundans, & ſanctificans, ut dignum Filii Dei habitaculum effici mereretur. Miſerere mei.

Ut ego quoque eumdem Dominum, ac Deum meum ſyncero affectu, ac puro corde in hoc Sacramento concipere, & deinceps ſanctis operibus palam oſtendere valeam. Miſerere mei.

Sancta Trinitas unus Deus, qui filiis Iſrael in memoriam liberationis à durâ ſervitute Pharaonis Agnum Paſchalem, noſtri Salvatoris typum, edere juſſiſti. Miſerere mei.

Ut quotieſcumque ſumo hęc Divina myſteria, noſtræ redemptionis opus gratâ mẽte recogitem. Miſerere mei.

Sancta Maria, quæ ſola inter mulieres benedicta ad altiſſimum Dominicæ Incarnationis myſterium electa, & à Spiritu Sancto præparata,

Do-

Digitized by Google

Dominum Cœli, & terræ caſtiſſimis viſceribus tuis concipere, novem menſibus geſtare, ac mundo Salvatorem edere meruiſti. Ora pro me.

Ut, & ego indignus famulus tuus hunc ipſum Dominum, immò Filium tuum pura mente in hoc ſacrificio ſuſcipere, & portare, aliiſque diſpenſare valeam. Ora pro me.

Sancte Simeon, qui longâ expectatione, & vehementi deſiderio Meſſiam videre cupiviſti, eumque tandem oculis cernere, & in ulnas tuas ſuſcipere meruiſti, dicens præ gaudio: Nunc dimittis, &c. Ora pro me.

Ut, & ego ardenter deſiderium videre Jeſum in gloriâ, nec minùs vehementi deſiderio ad ipſum in hoc Sacramento verè præſentem ſemper anhelem, eumque ſuaviſſimè complecti merear

ulnis

ulnis animæ meæ. Ora pro me.

Sancti Magi, & Reges, qui ſtellâ duce de longinquo veniſtis; ad Regem Regum recens natum properaſtis, eique munera veſtra ſingulari fide, & intimâ devotione procidentes in terram, humiliter obtuliſtis. Ora pro me.

Ut ego quoque ad hunc ipſum Regem verè in hoc Sacramento præſentem adorandum, & muneribus meis licet exiguis honorandum, ſimili fide, & religione veniam, vel potiùs donis ejus preveniar; & ſimili, quâ vos, clementiâ ſuſcipiar. Orate pro me.

Omnes Sancti Patriarchæ, & Prophetæ, qui variis typis, figuris, & umbris hujus ſacrificii, & Sacramenti, myſteria præfiguraſtis, & ad Meſſiam ingenti deſiderio, multis votis, ac ſuſpiriis anhelaſtis. Orate pro me.

Ut

Ut ego non quidem umbram, ſed rem ipſam, non figuram, ſed ipſam veritatem; non Arcam, ſed Sanctum Sanctorum; non boves, aut oves, ſed ipſum Dei Filium ſancte tractare, ac puro corde complecti valeam. Orate pro me.

Omnes Sancti Innocentes, qui Chriſto recens nato tenella corpora veſtra, & ipſos infantiæ, atque innocentiæ annos novelli Martyres conſecraſtis. Orate pro me.

Ut ego ingrediar in innocentiâ meâ ad Altare Dei, & unà cum hoc ſacrificio, ſeu Sacramento, me ipſum Deo meo hoſtiam vivam, ſanctam, placentem offerre valeam. Orate pro me.

Oratio Thomæ à Kempis ante Miſſam.

O Quàm ſalutare, & utile conſilium tuum Domine, cum iſtud inſtituiſti; ò quàm ſuave, & jucundum convivium, cùm te ipſum in cibum donaſti? ò quàm admirabilis operatio tua, Domine quàm potens virtus tua, quàm ineffabilis veritas tua? dixiſti enim, & facta ſunt omnia: & hoc factum eſt, quod ipſe juſſiſti.

Mira res, & fide digna, ac humanũ vincens intellectum: quod tu, Domine Deus meus, verus Deus, & homo, ſub modicâ ſpecie panis, & vini, integer contineris, & ſine conſumptione à ſumente manducaris. Tu Domine univerſorum, qui nullius habes indigentiam, voluiſti per Sacramentum tuum habitare in nobis:

Digitized by Google

bis: conſerva cor meum, & corpus immaculatum: ut lætâ, & purâ conſcientiâ, ſæpiùs tua valeam celebrare myſteria, & ad meam perpetuam accipere ſalutem, quę ad tuum præcipuè honorem, & memoriale perenne ſanxiſti, & inſtituiſti.

Lætare anima mea, & gratias age Deo, pro tam nobili munere, & ſolatio ſingulari in hâc lachrymarum valle, tibi relicto. Nam quoties hoc myſterium recolis, & Chriſti corpus accipis: toties tuæ Redemptionis opus agis, & particeps meritorum Chriſti efficeris. Charitas enim Chriſti numquam minuitur, & magnitudo propitiationis ejus numquam exhauritur. Ideò novâ ſemper mentis renovatione, ad hoc diſponere te debes, & magnum ſalutis myſterium, attentâ conſideratione penſare. Ita magnum, & jucundum

tibi videri debet, cùm celebras, aut Miſſam audis: ac ſi eodem die Chriſtus primùm in uterum virginis deſcendens, homo factus eſſet: aut in cruce pendens, pro ſalute hominum pateretur, & moreretur.

Alia oratio poſt Miſſam.

QUid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? qui toties propitiatur omnibus iniquitatibus meis; & inſuper coronat me in miſericordiâ, & miſerationibus; qui quoties replet in bonis deſiderium meum, & tam benignè providet corpori, & animæ meæ? Minor ego ſum cunctis Miſerationibus tuis Domine: quia miſericordia tua magna eſt ſuper me.

O Domine, quia me feciſti, debeo tibi me ipſum, & quia me refeciſti per Filium tuum, qui pro me factus eſt homo, de-

deberem pluſquam meipſum. Sed quid ſum ego? Pulvis, & cinis: quid cætera? ventus, & vanitas. Sed & tu Domine bonorum meorum non eges. Ecce itaque Filius tuus dilectus Eum tibi ò Pater offero in gratiarum actionem, quia nihil poſſum melius, nec gratius offerre, quàm eum, in quo tibi benè complacuit.

O Domine tam amanter invitatus ad ſplendidum convivium tuum, quid faciam ego miſer, nudus, & inops, nec habens veſtem nuptialem, & conſcius tot peccatorum, quibus iram merui, potius quam gratiam? Ecce Mediator Dei, & hominum, Chriſtus Jeſus, Filius tuus. Hunc offero tibi; ipſum inquam, qui peccatum non fecit, ſed factus eſt propitiatio pro peccatis noſtris, & lavit nos in ſanguine ſuo.

O Domine reſpice in faciem Chriſti tui, & vide quan-

tos in vitâ labores, in paſſione pœnas, in morte dolores pro nobis ſuſtinuit. Offero tibi hæc omnia in ſatisfactionem pro peccatis meis; idque hoc ſacrificium, ut hujus virtute, illorum vim, ac efficaciam mihi impetres; & clementer indulgeas delicta mea, neque vindictam ſumas de peccatis meis.

O Domine dives in bonis; & largus in donis: à quo, per quem, & in quo ſunt omnia. Ego verò egenus, & pauper ſum. Sed quid non impetremus à te, qui nobis dediſti fontem ipſum omnis gratiæ; ideſt Unigenitum Filium tuum; & ſimul cum illo omnia nobis dona donaſti? in hunc omnes gratiæ, bonitatis, ac ſapientiæ theſauros ſine menſurâ congeſſiſti; ut eſſet dives in omnes. Eum itaque offero tibi, ut per eum, qui interpellat pro nobis, & exaudiri meretur

Digitized by Google

tur pro reverentiâ ſuâ, des Eccleſiæ tuæ incrementum, & pacem; juſtis perſeverantiam: peccatoribus veniam: defunctis refrigerium; nobis omnibus tuam gratiam, & tandem vitam æternam. Amen.

Alia oratio ante Miſſam.

OMnipotens ſempiterne Deus, ecce accedo ad Sacramentum corporis, & ſanguinis Unigeniti Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti. Accedo, inquam tanquam infirmus ad medicum vitæ, immundus ad fontem miſericordiæ; cæcus ad lumen claritatis ęternę, egenus ad Dominum cœli, & terræ: nudus ad Regem glorię. Rogo ergo, Domine Jeſu, tuam clementiam, quatenus meam digneris curare infirmitatem, lavare fœditatem, illuminare cæcitatem, ditare paupertatem, veſtire nuditatem: ut ipſum

Digitized by Google

ſum panem Angelorum, Regem Regum, & Dominum dominantium, tantâ reverentiâ, & honore, tantâ fidei puritate, & devotione, nec non tali propoſito, & humilitate ſuſcipere merear, ſicut decet imperioſum, ac magnificum nomen tuum, & expedit ſaluti animæ meæ: accende in me Domine charitatem tuam, vitia extingue, virtutes infunde, gratias adauge, ſalutem mentis, & corporis mihi tribue.

Inclina cœlos tuos Domine, & deſcende: ut tibi conjunctus, & unitus, tecum pariter unus efficiar Spiritus. O venerabile Sacramentum, per te (quæſo) omnes inimici mei repellantur, peccata dimittantur, & omnia mala per tuam præſentiam excludantur. Bonum propoſitum mihi tribue, mores corrige, & omnes actus meos in tuâ voluntate diſpone. Intellectus meus novo lumine illuſtretur, & af-

& affectus inflammetur, ſpes roboretur, & vita mea emendetur, & tandem exitus bonus conferatur. Amen.

Alia oratio ante Miſſam, ut in Miſſali pro Feriâ Tertiâ ponitur.

QUis dignè hoc celebrare poterit, niſi tu Deus omnipotens offerentem feceris dignum? Scio Domine, & verè ſcio, & idipſum pietati tuæ confiteor, qui non ſum dignus accedere ad tantum myſterium propter nimia peccata mea, & infinitas negligentias meas. Sed ſcio, & veraciter ex toto corde meo credo, & ore confiteor: quia tu potes me facere mundum de immundo conceptum ſemine, & de peccatoribus juſtos, & Sanctos. Per hanc omnipotētiam tuam te rogo Deus meus, ut concedas mihi peccatori hoc Sacrificium celebrare

cum timore, & tremore, cum cordis puritate, & lachrymarum fonte, cum lætitiâ ſpirituali, & cœleſti gaudio. Sentiat mens mea dulcedinem beatiſſimæ præſentiæ tuæ, & excubias Sanctorum Angelorum tuorum in circuitu meo. Amen.

Divi Bernardi meditatio, & precatio ad Chriſtum æterno Patri repræſentandum.

COgnoſce anima mea, cognoſce. Hic eſt Dominus Deus noſter Jeſus Chriſtus Salvator tuus Unigenitus Dei Filius, verus Deus, verus homo, qui ſolus ſub ſole ſine macula inventus eſt.

Et ecce cum ſceleratis quodammodò reputatus, & quaſi leproſus noviſſimus virorum æſtimatus, & tamquam abortivum quod projicitur à vulvâ, ſic projectus eſt ab utero matris ſuæ infœlicis Synagogæ.

Ille

Iſte formoſus præ filiis hominum, quàm deformis factus eſt.

Hic vulneratus propter iniquitates noſtras, attritus propter ſcelera noſtra, & factus in holocauſtum ſuaviſſimi odoris in conſpectu tuo Pater æternæ gloriæ, ut averteret indignationem tuam à nobis, & ut conſedere nos ſibi faceret in cœleſtibus.

Reſpice Domine ſancte Pater de ſanctuario tuo, & de excelſo cœlorum habitaculo: & intuere hanc ſacroſanctam Hoſtiam, quam tibi offert magnus Pontifex noſter, ſanctus puer tuus Dominus JeſusChriſtus pro peccatis fratrum ſuorum: & eſto placabilis ſuper multitudine malitiæ noſtræ. Ecce vox ſanguinis noſtri Jeſu clamat ad te de Cruce.

Reſpice Domine in faciem Chriſti tui, qui tibi uſque ad mortem obediens factus eſt. Nec recedebant ab oculis tuis

ci-

cicatrices ejus in perpetuum, ut memineris, quantam ab eo pro peccatis noſtris ſatisfactionem receperis.

Gratias tibi Pater referat omnis lingua pro ſuperabundantiâ bonitatis tuæ, qui unico Filio cordis tui non pepercisti, ſed pro nobis omnibus illum tradidiſti in mortem, ut eum tamquam fidelem advocatum, coram te in cœlis haberemus.

Gratiarum actiones post Miſſam Feriâ Ttertiâ ;
Oratio poſt Miſſam ex manuali Catholico Vcrepæi.

ADoro te, & gratias ago tibi benigniſſime Domine Jeſu Chriſte, qui me viliſſimum peccatorem admittere dignatus es ad ſplendidum, vivificumque ſacræ menſæ convivium. Hei mihi, quia nimis indignè complevi hoc ſanctum ſacrificium: Mi-

Miſerere mei, ignoſce mihi. Ego quod egi, commendo divino cordi tuo emendandum, & corrigendum. Suſcipe quæſo hæc ſacroſancta corporis tui myſteria, quæ tibi offero ad gloriam nominis tui ſempiternam, ad honorem dulciſſimæ genitricis tuæ Virginis Mariæ; ad honorem omnium Sanctorum tuorum, omniumque Beatorum Angelorum. Ad ſalutem meam, ad ſalutem omnium agonizantium, ad ſalutem omnium fidelium vivorum, & defunctorum. Suſcipe hoc præcellentiſſimum Sacramentum, in plenam emendationem, expiationem, atque ſatisfactionem, pro omnibus peccatis, ac negligentiis meis, & pro peccatis totius mundi. Per illum inſtaura omnes ruinas meas ſpirituales, & ſupple omnem inopiam meam. Rex meus mortifica in me illud, quod tibi diſplicet, & effice me hominem

ſe-

ſecundum cor tuum ; per illud conforma ſpiritum , animam , & corpus meum, ſpiritui , animæ, & corpori, ſacræ humanitatis tuæ , meque totum luce divinitatis tuæ illuſtra . Per illud largire , ut in te ſtabiliar, te perfectè , & perſeveranter diligam ; intimè tibi uniat , ac totus in te tranſmuter ad laudem nominis tui . Converte Domine miſeros peccatores . Revoca hæreticos , atque ſchiſmaticos . Illumina infideles te ignorantes . Adeſto omnibus , qui in neceſſitate , & tribulatione aliquâ conſtituti ſunt . Adeſto his , qui ſe precibus meis commendarunt , aut commendatos eſſe cupiunt . Adeſto parentibus , propinquis, & benefactoribus meis . Miſerere omnium , pro quibus orare debeo , & tu rogari vis . Da fidelibus defunctis requiem , lucémque ſempiternam. Tibi laus Chriſte Jeſu in ſæcula ſæculorum . Amen .

In

In oratione ſequenti jungitur oblatio, aut Communio cum meritis Chriſti poſt Miſſam.

TU verò mi dulciſſime Redemptor, Advocatus, & Mediator apud Deum Patrem, ne deſpicias me, ſed oblationem indigni peccatoris, unà cum ſanctiſſimis operibus tuis, in ſupremâ charitate factis, æterno Patri propitius offer, & commenda. Conjunge hoc officium ſervitutis meæ cum pretioſiſſimo illo ſacrificio, quo te Deo Patri in eminentiſſimâ charitate, & obedientiâ in arâ crucis obtuliſti. Ecce Domine inops, & pauper ſum ego, tu vero dives in meritis, & miſerationibus, ſed quibus divitias bonitatis tuæ potiùs, quàm miſeris peccatoribus cumulaſti! ſuccurre ergo paupertati meæ ex immenſo theſauro merito-

rum

rum tuorum, & ex abundantiâ infiniti tui amoris perfice omnes actiones meas. Et nunc præſertim præparationis, & devotionis meæ circa hæc tremenda myſteria nimis exiguæ, & inſufficientis defectum clementer adimple.

Alia oratio poſt Miſſam, in quâ Deo Patri merita Filii ſui repræſentantur.

O Pater æterne reſpice in faciem Chriſti tui. Ecce hic eſt Filius tuus dilectus, in quo tibi benè complacuit: & tamen ſic dilexiſti mundum, ut Filium tuum Unigenitum dares pro mundi ſalute. Nimirum ut ſervum redimeres, Filium tradidiſti; illum quoque pro nobis Advocatum apud te, & Mediatorem eſſe voluiſti, ut quod noſtris non poſſumus, ipſius meritis apud te conſequamur. Illius ſacrificium in cru-

Digitized by Google

cruce pro nobis oblatum, illius opera, & merita, ut perfectiſſima ſunt, ita non poſſunt tibi non eſſe gratiſſima. Utinam illius abundantia meam ſuppleat inopiam, ut ob honorem, & amorem Filii tui gratum quoque nunc habeas ſervi tam vilis obſequium.

Invocatio Sanctorum maximè Patronorum poſt Miſſam.

AD vos quoque ſancti, & amici Dei ſupplex confugio. Ad te in primis ô Sanctiſſima Dei Mater Virgo Maria, patrona mea, quæ gratiâ plena Deum, & hominem puriſſimis viſceribus tuis meruiſti portare. Et vos ô Sancti N-N. patroni, mihi ſingulariter electi, & dilecti. Vos modò videtis illum facie ad faciem, & pleno ore manducatis panem illum, quem nos non niſi per ſpeculum in ænigmate aſpicimus. Utinam

ve-

veſtro interventu adjutus hoc cœleſti pane , & viatico dignè ſæpiùs reficiar in viâ , ut tandem vobiſcum eo ſatiari merear in patria . Amen .

Alia oratio post Miſſam .

O Bone Jeſu deſidero ex toto corde meo , ut omnes Sancti , & amici tui tecum modò regnantes in cœlis, quorum communionem credimus, meam inſufficientiam compenſent ſuis digniſſimis laudibus , quas unquam hic in terris , in uſu , & veneratione hujus Sacramenti devotiſſimè obtulerunt ; & quas tibi modò decantant , cum revelata facie comedunt panem vitæ ; & torrente voluptatis tuæ potantur .

Participem me fac Deus omnium timentium te , & cuſtodientium mandata tua . O utinam pariter omnium piorum affectus , fervores , & omnia tibi

bi in terris placentium vota, deſideria, & merita in me unũ colligere poſſem, & ſic tota animi intenſione te amare; & honorare pro tanto amore; & honore, quo me in hoc Sacramento dignatus es honorare.

Profiteor enim, ſi quot in mundo fuerunt, ſunt, aut erunt, qui debitâ præparatione, devotione, & fructu diviniſſimum hoc Sacramentum unquam acceperunt, vel accipient: Si, inquam, eorum omnium conatus, deſideria, grati & pii affectus, in me unum concurrerent; libens ſanè, & ultrò omnia prorſus in laudem, & gloriam nominis tui, & debitam gratiarum actionem converterem.

Et tamen (ingenuè fateor, ò *Domine*) nihilominùs ſervus inutilis eſſem; quia major es omni laude. Sed parce mihi Domine; quia inops, & pauper ſum ego, & ſaltem deſiderium pauperis, ſeù obſequium

bonæ

bonæ voluntatis non deſpicias: O utinam benedicant omnia opera Domini Domino laudent, & ſuperexaltent eum in ſæcula. Amen.

Alia oratio poſt Miſſam.

INeffabilem miſericordiam tuam Domine Jeſu Chriſte, humiliter exoro, ut hoc Sacramentum corporis, & ſanguinis tui, quod ſuſcepi indignus, ſit mihi purgatio ſcelerum, ſit fortitudo fragilium, ſit contra mundi pericula firmamentum; ſit impetratio veniæ, ſit ſtabilimentum gratiæ, ſit medicina vitæ, ſit memoria tuæ paſſionis, ſit contra debilitatem fomentum, ſit viaticum meæ peregrinationis. Euntem me conducat, errantem me reducat, revertentem me ſuſcipiat; titubantem me teneat, cadentem me erigat, & perſeverantem me in gloriam introducat.

O Al-

O Altiſſime Deus, beatiſſima præſentia corporis, & ſanguinis tui, ſic immutet palatum cordis mei, ut præter te nullam unquam ſentiat dulcedinem, nullam amet pulchritudinem, nullum quærat illicitum amorem, nullam admittat unquam delectationem, nullum curet honorem, nullam timeat crudelitatem. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre, &c.

Precatio D. Bernardi ad Chriſtum Crucifixum, poſt Miſſam.

DIligendus es mihi, Domine Jeſu Chriſte toto corde, totâ animâ, totâ virtute: & tua mihi ſequenda veſtigia, qui pro me mori dignatus es. Et quomodo fiet iſtud in me, niſi per te? Adhæreat anima mea poſt te, quia tota virtus ejus pendet ex te. Et nunc Domine Redemptor meus, te ut verum Deum adoro, in te confido,

fido, in te ſpero, & quibus poſſum deſideriis, ad te ſuſpiro, adjuva imperfectum meum.

Ad tuæ Paſſionis glorioſa inſignia, in quibus ſalutem meam operatus es, totum me inclino. Tuæ victorioſæ Crucis regale vexillum in nomine tuo Chriſte adoro. Tuum ſpineum diadema, tuos rubentes ſanguineos clavos, tuo ſacro lateri immerſam lanceam, tua vulnera, tuum ſanguinem, tuam mortem, tuam ſepulturam, Chriſte ſupplex adoro, & glorifico.

Horum virtute ab aſtutiis Satanæ me cuſtodiſti, ac me conforta, ut jugum mandatorum tuorum mihi fiat ſuave, & onus crucis, quod poſt te bajulare me jubes, humeris animæ meæ ſit ſuave. Confige cruci tuæ manus meas, & pedes meos, ac totum Paſſioni tuæ conforma ſervum tuum Domine. Sed & tuæ vivificæ morti ſervum tuum configura, faciens quidem

dem in me, ut moriar ſecundum carnem, vivam autem ſecundum Spiritum juſtitiæ. Benedic anima mea Deum ſalvatorem tuum, & magnifica nomen ejus in ſæcula.

Oratio.

O Jeſu mundi fabricator, quem nulla dimenſio verò termino metitur, qui terram palmo concludis, recordare amariſſimi doloris, quem ſuſtinebas; cum Judæi ſanctiſſimas manus tuas ad crucem obtuſis clavis primò affixerunt, & ad perforandũ delicatiſſimos pedes tuos, cum nòn eſſes conveniens voluntati eorum, dolorem ſuper dolorem vulneribus tuis addiderunt, & ſic crudeliter te diſtraxerunt, & extenderunt in longum, & latum crucis tuæ, ut diſſolverentur compages membrorum tuorum.

De-

Deprecor te per hujuſmodi ſacratiſſimi, & amariſſimi in cruce doloris memoriam, ut des mihi timorem, & amorem tuum; ut ſemper dignus inveniar ad celebrandum tantum, ac mirabile Sacrificium, cum timore, amore, & devotione. Amen.

Oratio adverſus gulam poſt Miſſam.

DOmine Jeſu abſtinentiæ ſpeculum, qui ut ſalutarem abſtinentiam nobis verbo, & exemplo commendares, carnis noſtræ mortalitate aſſumptâ, quadraginta diebus, & totidem noctibus jejunaſti, & non in ſolo pane, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei, hominem vivere docuiſti: da faucibus noſtris melliſluum eloquiorum tuorum guſtum, quę ſunt dulciora ſuper mel, & favum:

Digitized by Google

vum: ut ciborum lautitias, & omnia gulæ irritamenta, reſpuentes, ſobriè, & piè vivamus in hoc ſæculo: & ſimplici victu, eoque moderato contenti, dona tua cum gratiarum actione ſumamus; nec Deo ventri, ſed tibi Deo viventi, & nos tam beneficè paſcenti ſerviamus. Amen.

Præparatio ante Miſſam Feriâ Quartâ.

DElicta mea Deus meus expaveſco, & ante te erubeſco, cum veneris judicare, noli me condemnare. Doleo Deus cordis mei, doleo ex toto corde meo, quòd offenderim, ac læſerim ſupremam Majeſtatem, ac bonitatem tuam. O cur unquam diſplicui tibi, ò amabiliſſima bonitas? ò Majeſtas colendiſſima, doleo jam ex ſynceriſſimo amore tui, qui amari ſu-

per omnia infinitè dignus es. Amo te Deus meus: & amare te, & glorificare te volo in æternum. Amen.

Oratio ante Miſſam ex Thoma à Kempis.

ECce ego ad te venio Domine, ut bene mihi ſit ex munere tuo, & lætificer in convivio ſancto tuo, quod paraſti in dulcedine tuâ pauperi Deus. Ecce in te eſt totum, quod deſiderare poſſum, & debeo; tu ſalus mea, & redemptio, ſpes, & fortitudo, decus, & gloria; lætifica ergo hodiè animam ſervi tui, quoniam ad te Domine Jeſu animam meam levavi. Deſidero nunc devotè, ac reverenter te ſuſcipere; cupio te in domum meam inducere, quatenus cum Zachæo merear à te benedici, ac inter filios Abrahę computari. Anima

ma mea Corpus tuum concupiſcit, cor meum tecum uniri deſiderat.

Trade te mihi, & ſufficit. Nam præter te, nulla conſolatio valet, ſine te eſſe nequeo, & ſine viſitatione tua vivere non poſſum. Ideoque oportet me frequenter ad te accedere, & in remedium ſalutis meæ te recipere: ne fortè deficiam in viâ, ſi fuero cæleſti fraudatus alimoniâ. Sic enim tu miſericordiſſime Jeſu, prædicans populis, & varios curans languores, aliquando dixiſti: nolo eos jejunos demittere in domum ſuam, ne deficiant in viâ. Age igitur hoc mecum modo, qui te pro fidelium conſolatione in Sacramento reliquiſti. Tu es enim ſuavis refectio animæ, & qui te digne manducaverit, particeps, & hæres erit æternæ gloriæ. Neceſſa-

rium quidem mihi eſt , qui tam ſæpè laboro , & pecco , tam citò torpeſco , & deficio, ut per frequentes orationes, & confeſſiones , ac ſacri corporis tui perceptionem , me renovem, mundem, & accendam , ne fortè diutius abſtinendo , à Sancto propoſito defluam .

P R E C E S

Ante Miſſam
Feria quarta .

PAter optimè , apud quem advocatum habemus Jeſum Chriſtum , qui eſt propitiatio pro peccatis noſtris . Miſerere mei .

Ut per eum peccatorum veniam , & indulgentiam à-pud te conſequi merear . Ecce enim Agnus Dei , qui tollit peccata mundi . Miſerere mei .

Jeſu

Jeſu ſuaviſſime, quem Zachæus ſuſcepit gaudens in domum ſuã, ac Centurio præ reverentia non eſt auſus recipere ſub tectum ſuum. Miſerere mei.

Ut utriuſque affectum, id eſt, Amorem, & timorem, ſemper jungam, cum te ſuſcipio in domum meam. Miſerere mei.

Jeſu humilline, qui etiam cum publicanis, & peccatoribus familiarius agere, & manducare dignatus es, dicens: non eſſe ſanis opus medico, ſed male habentibus. Miſerere mei.

Ut ad me quoque peccatorem divertere digneris: & ſana animam meam, quia infirmatur ad mortem. Miſerere mei.

Jeſu Rex magne, & mirifice, qui ut oſtenderes potentiam, & divitias regni tui, feciſti nobis grande convivium

& ad illud omnes Regni tui ſubditos tam amanter vocare dignatus es. Miſerere mei.

Ut ad hoc divinum convivium lætanter, & propere, ſed numquam niſi veſte nuptiali indutus accedam. Miſerere mei.

Spiritus ſancte Deus, qui myſterium Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti mirabili virtute divinitatis operatus es in utero Virginis; eam ineffabili modo fœcundans, & ſanctificans, ut dignum Filii tui habitaculum effici mereretur. Miſerere mei.

Ut ego quoque eumdem Dominum, ac Deum meum ſyncero affectu, ac puro corde in hoc Sacramento concipere, & deinceps ſanctis operibus palam oſtendere valeã. Miſerere mei.

Sancta Trinitas unus Deus, qui filios Iſrael per deſertum euntes manna de cœlo, & cibo

bo Angelico, omne delectamentum in ſe habente paviſti; ſed tandem ſuper eo nauſeantes ſevere puniſti. Miſerere mei.

Ut purgato cordis palato guſtem, & videam, quàm ſuavis ſit Dominus; nec unquam nauſeat anima mea ſuper cibo iſto tamquam leviſſimo. Miſerere mei.

Sancta Maria, quæ ſola inter mulieres benedicta, ad altiſſimum Dominicæ Incarnationis myſterium electa, & à Spiritu ſancto preparata Dominum cęli, & terræ caſtiſſimis viſceribus tuis concipere, novem menſibus geſtare, ac mundo Salvatorem edere meruiſti. Ora pro me.

Ut, & ego indignus famulus tuus hunc ipſum Dominum, immò Filium tuum purâ mente in hoc ſacrificio ſuſcipere, & portare, aliiſque diſpenſare valeam. Ora pro me.

 San-

Sancte Joannes Baptiſta, qui viſitatus à Chriſto, & Matre ejus, exultaſti præ gaudio in utero Matris tuæ. Ora pro me.

Ut ego lætabundus introeam ad Altare Dei, ad Deum, qui lætificat juventutem meã; ſed tamen non ſine timore, & profundâ humilitate coram tremendâ ejus majeſtate comparere ſtudeam. Ora pro me.

Sancte Petre princeps Apoſtolorum, qui Chriſtum Filium Dei vivi, non quidem ex inſtinctu carnis, & ſanguinis, ſed revelatione æterni Patris in cælis confeſſus es: & non ſolum paſcendas ab eo oves; ſed & claves cæli accepiſti. Ora pro me.

Ut ego in hoc Sacramento vivâ, & immobili ſide confitear verum Deum, ac Dominum meum Jeſum Chriſtum, eumque verè, ac realitèr hic præſentem agnoſcam, proinde-

deque eum, ut par eſt revereear. Ora pro me.

Sancte Paule, qui factus ex lupo agnus; ex perſecutore prædicator Evangelii, ex vaſe contumeliæ, vas electionis: & raptus in tertium cælum, de cæleſtibus myſteriis ſingulariter edoctus fuiſti, adeòque inſtitutionem, & legitimum uſum hujus Sacramenti graviſſimis verbis tradidiſti. Ora pro me.

Ut ego acceſſurus ad hæc tremenda myſteria, priùs ſeriò juxtà monitum tuum probem meipſnm; ſollicitè cavens, ne illa ad judiciũ, & mortem ſuſcipiam; nec unquam reus efficiar corporis, & ſanguis Domini. Ora pro me.

Sancte Joannes dilecte Domini, qui in noviſſimâ cœnâ ſingularis tui erga Magiſtrum ejuſq; viciſſim erga te amoris fiduciâ ſuper ejus pectus recubuiſti, & inde ſuxiſti flu-

enta cæleſtia , quæ eructaſti poſtea ſcribens Evangelium , & inſtar Aquilæ ſublimiùs evolans ad contuenda , nobilque reſeranda divini , & incarnati verbi myſteria . Ora pro me .

Ut ego ad Chriſtum ſalvatorem meum in Sacramento præſentem magis trahar amore , quàm deterrear timore : & ſanctâ fiduciâ , innitar ſuper Dilectum meum; hauriamque in gaudio aquas vitæ de fontibus Salvatoris. Ora pro me.

Oremus .

DEus , qui nobis ſub Sacramento mirabili paſſionis tuæ memoriam reliquiſti : tribue quæſumus , ut intercedentibus omnibus ſanctis tuis , ita nos corporis, & ſanguinis tui ſacra myſteria venerari, ut redemptionis tuæ

[illegible] fru-

fructum in nobis jugiter ſentiamus, qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Alia oratio ante Miſſam, in qua exercetur ſpes.

O Domine virtutum beatus homo, qui ſperat in te, quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Sperã in Deum omnis boni fontem, & gratiæ auctorem, quem in hoc Sacramento præſentem habes: accede ad eum confidenter, quoniam ſuavis, & mitis, & multæ miſericordiæ eſt omnibus invocantibus ſe. Ille ſolus dare poteſt omnia, quia ſuper omnia potens eſt, immo dare vult omnia, quia ſumme bonus eſt.

O ſpes mea Deus, propter hoc lætatum eſt cor meum, dum teipſum in hoc Sacramento recipio, quia ſperò planè nihil te non daturum,

Digitized by Google

qui nobis dediſti te ipſum ; in te Domine confido, non confundas me ab expectatione mea .

Alia oratio ante Miſſam ; in qua exercetur Charitas .

O Dulciſſime Jeſu Chriſte Salvator noſter, quanta fuit vis amoris, quæ te traxit è ſinu Patris in hanc lachrymarum vallem , ut humanam carnem aſſumeres , infinitas miſerias, iniurias, immò crucem, mortemque ſubires : idque ſolùm propter miſeros nos homines , & propter noſtram ſalutem .

O quantus amor ! damnare nos poteras , & ſalvare maluiſti; nos rei eramus , & tu innocens ſubis ſupplicium , ut reos liberares . Ex amore itaque ad nos in carnem veniſti , & demum abiturus ex hoc mundo ad Patrem, in pignus

gnus amoris hoc Sacramentum nobis reliquiſti, ut modò prorſus novo, & mirabili ſemper maneres nobiſcum, cujus deliciæ ſunt eſſe cum filiis hominum.

O Domine quantùm dignus es amari, qui tanta facis amore noſtri? diligam te Domine fortitudo mea. Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. O Deus charitas, qui in charitate manet, in te manet. Cupio te ſuſcipere in hoc Sacramento, ut tibi firmus uniar amoris vinculo. Quis me ſeparabit à charitate Chriſti Salvatoris mei? Utinam hoc, nec vita, nec mors, nec ulla fortunæ ſors, aut ulla creatura valeat. Tu amor meus, & omne gaudium. Tu es Deus meus, & omnia. Tu es pars hæreditatis meæ, & calicis mei, tu es, qui reſtitues hæreditatem meam mihi.

O

O Deus meus, & omnia, abſorbeat, quæſo mentem meã vis ignita, & melliflua amoris tui, ut amore amoris tui mundo moriar, qui amore mei dignatus es in cruce mori; ò Deus meus, & omnia.

Alia oratio ante Miſſam.

QUis es tu Domine mi, & quis ſum ego, qui audeo tibi appropinquare, & te Deum recipere factorem, & Redemptorem meum, quis ſum niſi filius dæmonis, pœnis inferni dignus, operator peccatorum, & creatura ad omne malum aptiſſima, immunda, & miſerabilis? quomodo tam vilis, & prava audebit adire, & te contingere Deum immenſæ Majeſtatis? præcurſor, & princeps Apoſtolorum formidabant te tangere, & tecum eſſe, ego verò ontemptor tui te recipiam? Ah

Ah quomodo audebo ego te agnum immaculatum ſuſcipere, qui nullam præparationem habeo contritionis, puritatis, & veſtis nuptialis? quid enim fuit anima mea? nihil aliud fuit niſi aſſiduum bellum contra te, & niſi renovatio tormentorum omnia totiuſq; vitæ tuæ, ac paſſionis, & nunc veniens ego, ut te percipiã, pudore ſuffundor, & erubeſco. Agnoſco Domine magnã indignitatẽ meã, ſed maxima miſericordia tua non eſt à me abſcondita, Domine Clementiſſime, tu non ſoles repellere peccatores, ſed eos vocare; ego verò pondere peccatorum oneratus ad te venio, & tu me liberabis.

Tu recipis peccatores, & manducas cum illis, ergo ſi delectaris talibus convivis; ecce habes hic inſignem peccatorem, cum quo potes manducare. Tu recepiſti pecca-

tricem, quæ doluit, & flevit: nunc aſpice ad me, qui etſi tot lachrymas non habeo, ut pedes tuos lavare poſſim; tamen offero tibi tantum ſanguinis tui in cruce pro me effuſi, quantum ſufficit ad ablutionem peccatorum non tantùm meorum, ſed etiam totius mũdi. Si infirmus ſum, ad quem ibo, niſi ad te Domine, ut beneficium ſanitatis adipiſcar; quid agam? quo me vertam amabiliſſime Jeſu; ſi leproſi, ſi cæci, ſurdi, & paralytici ad te confugerunt, & nulli eorum operam tuam denegaſti; repelleſne me, qui filius tuus ſum, opus tuum, & creatura tua, ſicut & illi erant, nonne es idem Jeſus, idem Salvator, idem medicus, & paſtor? mutaſtine officium tuum, quod habuiſti, cum nobiſcum in terris verſabaris?

Patientiſſime Domine, te

de

deprecor, ut in me reſplendeat divinæ miſericordiæ magnitudo, admitte me ad regale tuum convivium, non propter me, ſed propter labores, & dolores, quos in vita pro me paſſus es, & concede, ne tantus labor tuus ſit caſſus. Amen.

Alia Oratio ante Miſſam; prout in Miſſali ponitur.

EGo enim Domine, memor venerandæ paſſionis tuæ accedo ad altare tuum, licet peccator, ut offeram tibi ſacrificium, quod tu inſtituiſti, & offerri præcipiſti in commemoratione tui, pro ſalute noſtrâ. Suſcipe illud quæſo, ſumme Deus, pro Eccleſiâ ſanctâ tuâ, & pro populo, quem acquiſiviſti ſanguine tuo. Et quoniam me peccatorem inter te, & eumdem populum tuum medium eſſe

vo-

voluiſti, licet in me aliquod boni operis teſtimonium non agnoſcas, officium ſaltem diſpenſationis creditæ non recuſes; nec per me indignum eorum ſalutis pereat pretiũ; pro quibus victima ſalutaris, dignatus es eſſe redẽptio. Profero etiam Domine (ſi digneris propitius intueri) tribulationes plebium, pericula populorum, captivorum gemitus, miſerias orphanorum, neceſſitates peregrinorum; inopiam debilium, deſperationes languentium, defectus ſenum, ſuſpiria juvenum, vota virginum, lamenta viduarum.

Alia Oratio, in qua fit memoria Paſſionis Chriſti; ante Miſſam Feria quarta.

SAlve tremendum cunctis poteſtatibus caput Domini

ni noſtri Jeſu Chriſti Salvatoris noſtri pro nobis ſpinis coronatum, & arundine percuſſum.

Salve ſpecioſiſſima Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti facies pro nobis ſputis, & alapis cæſa.

Salvete benigniſſimi Domini noſtri Jeſu Chriſti Salvatoris noſtri oculi pro nobis lachrymis perfuſi.

Salve melliſluum, os gutturque ſuaviſſimum Domini noſtri Jeſu Chriſti pro nobis felle, & aceto potatum.

Salvete aures nobiliſſimæ Domini noſtri Jeſu Chriſti Salvatoris noſtri pro nobis contumeliis, & opprobriis affectæ.

Salve collum humile Jeſu Chriſti pro nobis colaphizatum, dorſumque ſanctiſſimum pro nobis flagellatum.

Salvete venerabiles Domini noſtri Jeſu Chriſti manus, &

& brachia pro nobis in cruce extenſa.

Salve pectus mitiſſimum Domini noſtri Jeſu Chriſti pro nobis in paſſione conturbatum.

Salve latus glorioſum Domini noſtri Jeſu Chriſti Salvatoris noſtri pro nobis militis lancea perforatum.

Salvete Domini noſtri Jeſu Chriſti Salvatoris noſtri Sacra miſericordiæ genua pro nobis in orationibus flexa.

Salvete Domini noſtri Jeſu Chriſti Salvatoris noſtri pedes adorandi pro nobis clavis affixi.

Salve totum corpus Jeſu Chriſti Domini noſtri pro nobis in cruce ſuſpenſum, vulneratum, mortuũ, & ſepultũ. Salve ſanguis pretioſiſſime de corpore Domini noſtri Jeſu Chriſti effuſi.

Salve Sanctiſſima Domini noſtri Jeſu Chriſti anima in

Cru-

Digitized by Google

Cruce pro nobis in manus Patris commendata. In eadem cõmendatione tibi commendo hodiè, & quotidiè animam meam, vitam meam, cor, & corpus meum, omnes ſenſus, & actus meos, omnes amicos meos, & inimicos, benefactores, fratres, & conſanguineos meos, animas parentum, fratrum, ſororum, & omnium amicorum, & inimicorum meorum, ut nos protegere, liberare, & defendere digneris ab omnibus inſidiis inimicorum noſtrorum viſibilium, & inviſibilium, nunc & in perpetuum. Amen. Pater noſter, &c.

Gratiarum actiones poſt Miſſam Feriâ quartâ.

O Beatiſſima Virgo Maria Mater piiſſima ſupple hoc imperfectum obſequium meum (ſcilicet ſacrificium) apud

apud dilectum Filium tuum. Monſtra te eſſe matrem. O piiſſime Jeſu ſuſcipe hoc idem de manu Beatæ Matris tuæ unitumque tuis, & ejuſdem, omnium Sanctorum meritis, offer æterno Patri, ad omnes pias, ſanctas, & utiles intentiones. Pater reſpice in faciem dilecti filii tui, & miſerere nobis, pro beneplacito tuo, ad maximam, æternamque gloriam tuam. Amen.

Alia oratio poſt Miſſam.

DOmine Deus omnipotens Pater Chriſti Filii benedicti, exauditor invocantium te in rectitudine, qui ſcis interpellationes tacentiũ; gratias tibi agimus, quod feciſti nos dignos participationis ſanctorum myſteriorũ tuorum, quæ præbuiſti nobis in confirmationem eorũ, quæ benè cognita ſunt in cuſto-

diam

liam pietatis, in remiſſionem peccatorum, quoniam nomen Chriſti invocatum eſt ſuper nos, & tibi conciliati ſumus, qui ſegregaſti nos à communione impiorum. Conjunge nos, quos conſecraſti tibi: confirma nos in veritate ſancti Spiritus, ignorata revela, quæ deſunt exple, cognita corrobora, Sacerdotes immaculatos tuere in ſervitute tuâ. Reges conſerva in pace, Magiſtratus in juſtitiâ, cælum in ſalubritate terram in fertilitate, mundum in providentia, & pace ſufficienti.

Nationes bellicoſas reprime, errantes converte, populum tuum ſanctifica, virgines conſerva, matrimonio junctos cuſtodi in fide, ignorantes corrobora, infantes perduc ad virilem ætatem, novitios confirma, catechumenos inſtrue, & immutatione dignos redde; morientes adju-

adjuva, nos quoque omnes congrega in regnum Celorū in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cum quo tibi gloria, honor, & cultus eſt, cum ſancto Spiritu in ſæcula. Amen.

Alia Oratio poſt Miſſam, in qua Filius Patri offertur.

O Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, quomodo dilexiſti nos! ita nimirum, ut Filium tuum dares, ſemel quidem in pretium, ſed indies in cibum. Quid tibi pro tantâ charitate vilis ego creatura retribuam? hoc ipſum, quo tu nihil dignius dare poteras; ego nihil majus accipere. Ipſum inquā dilectiſſimum Filium tuum offero tibi, mi Pater, quem pro ſalute noſtrâ tam amanter obtuliſti, & in hoc ſacrificio, quod pro jugi illius beneficii memoriâ celebramus; tam

tam gratiosè (offerendum) ſumendum dediſti.

Quem potiùs tibi offeram, ò Pater æterne, quàm Filium tuum dilectum, in quo tibi benè complacuit? quem alium dirigam interceſſorē tibi ego reus; niſi hunc, qui eſt propitiatio pro peccatis meis? Advocatus, Pontifex ſummus, non alieno, ſed proprio perfuſus cruore, Hoſtia ſancta; Agnus ſine maculâ, qui peccatum non fecit, ſed tulit peccata mundi, & languores noſtros ſuo livore ſanavit. Ecce ſpes mea; tota fiducia mea, Chriſtus Jeſus Filius tuus Salvator meus. Noli quæſo, deſpicere hanc oblationem, quamvis id mereatur offerentis vilitas; ſed aſpice precor, propitius; quia in infinitum major eſt oblati dignitas. Reſpice in faciem Chriſti tui, qui tibi pro noſtrâ ſalute factus obe-

diens uſque ad mortem in cruce pro nobis ſeſe hoſtiam obtulit.

Nonne hic eſt innocens ille, quem ut ſervum redimeres, Filium tradidiſti? Recole, pie Pater, quia hic eſt ipſe, quem, etſi ex tuâ virtute parem tibi ab æterno genuiſti, meæ tamen carnis participem fieri voluiſti, ut conſors humanitatis, conſortem me faceret Divinitatis. Attende in Filio, quod te moveat miſereri ſervo; & dum dilecti Filii tibi patent vulnera, mea quæſo tegantur ſcelera: & quia caro mea te laceſſivit ad iram, caro Filii tui te flectat ad miſericordiam.

Suſcipe igitur ò ſancte Pater, omnipotens ęterne Deus, ſanctam hanc, & immaculatam Hoſtiam Filii tui, quam ego indignus famulus tuus tibi offero, unà cum omnibus

ejus

ejus virtutibus, meritis, & vulneribus, cruciatibus, & plagis, ſuſpiriis, ſacrique ſudoris, ac cruoris guttis.

In unione illius amoris, quo ipſe tibi in Ara crucis ſemetipſum obtulit, in laudem, & gloriam nominis tui, in gratiarum actionem pro omnibus beneficiis tuis in me, & in totum genus humanum collatis; in expiationem quoque peccatorum meorum, in ſuppletionem defectuum meorum: in ſolatium, & refrigerium omnium fidelium vivorum, & defunctorum, & omnium, pro quibus tu ſcis me debere orare. Per eumdem, quem hic offero, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, &c.

Digitized by Google

Alia oratio poſt Miſſam, in quâ te ipſum offers Chriſto.

O Amantiſſime Salvator, quam magna eſt miſericordia tua ſuper me! quem etſi vilem, & indignum peccatorem, emiſti pretio tam magno, pretioſiſſimo, inquam, ſanguine tuo. Nam ut me Satanæ mancipium liberares, tu verus Dei filius temetipsũ in arâ crucis Deo Patri in redemptionis pretium obtuliſti: ut verò me paſceres, & confortares, temetipsũ nunc in cibum dediſti. Quid retribuam tibi Domine, cum inops, & pauper ſim ego, pro omnibus, quæ retribuiſti mihi? Viſne ut tribuam tibi cor meum? nihil æquius. Nonne Deo ſubjecta erit anima mea, à quo eſt omne ſalutare meũ? Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. Ecce animam,

mam, & corpus meum. Accipe me totum, qui me totum feciſti, & cùm totus perieram, pro me totum te dediſti.

Verùm quæ commutatio, ſi pro te reddam me? nempè, pro Domino ſervum? pro Deo hominem? pro ſancto, & juſto impium? pro Agno immaculato ſordidum peccatorem. Sed tu Domine, qui dignum habuiſti me, pro quo dares, non alium quam te, nunc quoque ſuppliciter rogo, ne avertas faciem tuam à me, neque deſpicias me Deus ſalutaris meus. Suſcipe ſervum tuum in bonum, qui accepiſti pro me formam ſervi. Suſcipe hominem, qui pro me factus es homo. Suſcipe peccatorem, qui veniſti peccatores ſalvos facere. Require ovem perditam, qui veniſti quærere, & ſalvum facere quod perierat, qui es paſtor bonus, & agnus ſine ma-

culâ, tollens peccata mundi.

Suſcipe pariter obſequium ſervitutis meæ, quod oculis tuæ majeſtatis indignus obtuli, in unione illius ſacrificii, quo tu te ſmetipſum pro me Deo Patri in arâ crucis hoſtiam obtuliſti. Conjunge vile ſervitium meum, cum omnibus, quæ egiſti, & paſſus es ex perfectiſſimâ charitate, & obedientiâ, & cum divitiis ſatisfactionum, & meritorum tuorum Patri æterno illud offerre digneris, ut tuâ abundantiâ mea ditetur inopia, & quam ex me ipſo nullatenus mereor, te mediante gratiam obtineam. In manus tuas cõmendo ſpiritum meum, ò Domine Deus veritatis, qui me redemiſti. Tibi deinceps adhærere mihi bonum eſt, & ponere in te Domine ſpē meam. Quid enim mihi ſit in cælo, & à te quid velim ſuper terram? Tu enim es pars hæreditatis

meæ

meæ, & calicis mei: tu es, qui reſtitues hæreditatem meam mihi.

Alia Oratio poſt Miſſam, in quâ offertur Filius Patri.

O Clementiſſime, ſupremèque cœli, & terræ conditor, quamvis ego viliſſimus ſum, & omnium peccatorum maximè deteſtabilis, tamen unà cum Eccleſiâ offero tibi pretioſiſſimum ſacrificium, Unigenitum ſcilicet Filium tuum, pro omnibus meis peccatis, quæ uſque huc commiſi, & pro beneficiis omnibus, quæ hactenus à te recepi. Aſpice, pie Pater, piiſſimum Filium tuum, pro tam impio paſſum. Reſpice clementiſſime Rex, quis patitur, & reminiſcere pro quo patitur. Nonne hic eſt, mi Domine, innocens ille, quem ut ſervum redimeres, Filium tra-

didiſti? Numquid non auctor vitæ hic eſt, qui ut ovis ad occiſionem ductus, tibi uſque ad mortem obediens factus eſt, atrociſſimæ non timuit necis genus ſubire? Recole, totius ſalutis diſpēſator, quia hic eſt ille, quem etſi ex tuâ virtute genuiſti, meæ tamen infirmitatis participem fieri voluiſti. Vere hæc eſt tua Deitas, quæ meam induit naturam, crucis aſcendit patibulum, quæ in aſſumptâ carne triſte tulit ſupplicium. Deduc Domine Deus meus, oculos tuæ majeſtatis ſuper opus ineffabilis pietatis. Intuere dulcem natum, toto corpore extenſum; cerne manus innoxias pio manantes ſanguine, & remitte placatus ſcelera, quæ portaverunt manus meæ. Conſidera inerme latus crudeli perfuſum cuſpide, & renova me ſacro fonte, quem inde credo fluxiſſe. Vide immacu-

maculata veſtigia, quæ non ſteterunt in viâ peccatorum, ſed ſemper ambulaverunt in viâ tuâ, diris confixa clavis; & perfice greſſus meos in ſemitis tuis, & fac me odio habere omnes vias iniquitatis.

Alia oratio ad Jeſum.

O Pie Jeſu, Redemptor mi, miſerere mei, gratias tibi ago pro infinitâ miſericordiarum tuarum multitudine, & pro gratiis tuis, quæ numerum non habent, quas tribuiſti, & tribuis quotidiè miſero, & indigno mihi peccatori, præſertim pro beneficio corporis, & ſanguinis tui, quo me refeciſti, & paviſti. Oro te clementiſſime Pater, fac me participem meritorũ tuorum, ut tibi incorporatus, unumque tecũ per amorem, & imitationem ſanctiſſimæ vitæ tuæ factus, te tanquam pal-

mes in vite frui merear. Poſteaquam tu ſis vera vitis, & vita omnium fidelium.

Spiritus ſancte conſolator, adjuva me, Domine mi; commendo tibi animam meam, corpus meum, & omnia. In manus tuas commendo progreſſum, & finem vitæ meæ. Da mihi ut illam in tuo cultu, & obſequio peragam: veram faciens peccatorũ meorum penitentiam, priuſquam anima mea ex hoc migret ergaſtulo. Cæcus, & infirmus ſum ego; quamdiù vivo in hoc mundo; facilè in laqueos affectionum meorum incido; erro facilè, facilè decipior: ideò me tibi commendo, & tuæ protectioni me ſubmitto. Ah Domine, pauperem hunc, & nudum famulum defende, cuſtodi illum ab omni malo. Doce, & illumina intellectum meum, guberna animam meam, tege corpus meum,

cor-

corrobora Spiritum meum contra inordinatam fragilitatem cordis mei; concede mihi fidem certam, ſpem firmam, charitatem puram, & perfectam. Fac ut cum dulcedine te amem, & in omni loco, & tempore tuam faciam voluntatem. Amen.

Memoria Paſſionis Chriſti poſt Miſſam.

O Jeſu cęleſtis medice, recordare languoris, livoris, & doloris, quos in alto crucis patibulo levatus, paſſus es omnibus dilaceratis membris tuis, quorum nullum in ſuo ſtatu rectè permanſerat, ita ut nullus dolor ſimilis tuo dolori inveniretur, quia à plātâ pedis, uſque ad verticem capitis in te non fuit ſanitas, & tamen, omnium dolorum immemor, patrem pro inimicis piè oraſti, dicens:

Pater ignoſce illis , quia neſciunt , quid faciunt .

Per hanc miſericordiam , & ob memoriam illius doloris , concede , ut hæc memoria Paſſionis tuæ amariſſimæ ſit omnium peccatorum meorum plena remiſſio . Amen .

O Jeſu vera libertas Angelorum , Paradiſus deliciarũ , memento mœroris, & horroris , quos ſuſtinebas , cum omnes inimici tui quaſi leones ferociſſimi te circumſteterunt, & colaphizationibus, conſpuitionibus , ungulationibus , cæteris pœnis inauditis te moleſtaverunt . Per has pœnas , & per omnia contumelioſa verba , duriſſimaque tormenta , quibus te Domine Jeſu Chriſte omnes inimici afflixerunt , deprecor te , ut liberes me ab omnibus inimicis meis viſibilibus , & inviſibilibus, & dones me ſub umbrâ alarum tuarum ad perfe-

ctio-

Digitized by Google

ctionem ſalutis æternæ pervenire. Amen. *Pater noſter. Ave Maria.*

Oratio adverſus luxuriam.

DOmine Jeſu Chriſte caſtarum mentium cuſtos, & pudicitiæ amator, qui ut munditiam tibi maximè placere oſtenderes, ex puriſſimæ Virginis Matris utero carnem humanam aſſumere dignatus es: Reſpice propitius fragilitatem noſtram. Cor mundum in nobis crea, & ſpiritum rectum innova in viſceribus noſtris. Et da nobis carnis concupiſcentias continentiæ fræno cohibere: omnia libidinis incentiva vincere, & carnem ipſam timore tuo configere: ut hoc domeſtico hoſte devicto, tibi caſto corpore ſerviamus, & mundo corde placeamus. Amen.

Digitized by Google

Præparatio ante Miſſam Feriâ quintâ.

O Deus meus, amor meus, omne bonum meum, & in me infinitè bonus, infinitè benignus! utinam nunquam offendiſſem te infinitè amabilem, nec offenderem poſthàc! hoc ego, Pater ſancte, præſtare deſidero omnium, creaturarũ mihi poſſibili affectu; & hoc deſiderium, ac propoſitum toties renovare, quoties reſpiro, quoties vivo, nunc, & in æternum.

Oratio ante Miſſam ex Thoma à Kempis.

CUm ſummâ devotione, & ardenti amore, cum toto cordis affectu, & fervore deſidero te Domine ſuſcipere, quemadmodum multi ſancti, & devotæ perſonæ, in com-

communicando te deſideraverunt, qui tibi maximè in ſanctitate vitæ placuerunt, & in ardentiſſimâ devotione fuerunt. O Deus meus, amor æternus, totũ bonum meum, fœlicitas interminabilis, cupio te ſuſcipere cum vehementiſſimo deſiderio, & digniſſimâ reverentiâ, quam aliquis Sanctorum unquam habuit, & ſentire potuit.

Et licèt indignus ſim omnia illa ſentimenta devotionis habere, tamen offero tibi totum cordis mei affectum, ac ſi omnia illa gratiſſimè inflammata deſideria ſolus haberem. Sed & quæcumque poteſt pia mens concipere, & deſiderare, hæc omnia tibi, cum ſummâ veneratione, & intimo fervore præbeo, & offero.

Nihil opto mihi reſervare, ſed me, & omnia mea tibi ſpontè, & libentiſſimè immolare,

lare. Domine Deus meus, Creator meus, & Redemptor meus, cum tali affectu, reverentiâ, laude, & honore, cum tali gratitudine, dignitate, & amore, cum tali fide, ſpe, & charitate, puritateque, te affecto hodie ſuſcipere, ſicut te ſuſcepit, & deſideravit ſanctiſſima Mater tua Glorioſa Virgo Maria, quando Angelo Evangelizanti ſibi Incarnationis Myſterium, humiliter reſpondit, Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Et ſicut beatus Præcurſor excellentiſſimus Sanctorum, Joannes Baptiſta, in præſentiâ tuâ lætabundus exultavit in gaudio Spiritus Sancti, dum adhuc maternis clauderetur viſceribus. Sic ego magnis, & ſacris deſideriis opto inflammari, & tibi ex toto corde me ipſum præſentare. Unde, & omnium devotorum cor-

dium

Digitized by Google

dium jubilationes; ardentes, affectus, mentales exceſſus, ac ſupernaturales illuſtrationes, & cęlicas viſiones tibi offero, & exhibeo cum omnibus virtutibus, & laudibus, ab omni creatura in cœlo, & in terrâ celebratis, & celebrandis, pro me, & omnibus mihi in oratione commendatis; quatenus ab omnibus dignè lauderis, & in perpetuum glorificeris.

Accipe vota mea Deus meus, & deſideria infinitæ laudationis, ac immenſæ benedictionis, quæ tibi ſecundum multitudinem ineffabilis magnitudinis tuæ jure debentur. Hæc tibi reddo, & reddere deſidero per ſingulos dies, & momenta temporum, atque ad reddendum mecum tibi gratias, & laudes, omnes cœleſtes ſpiritus, & cunctos fideles tuos, preci-

bus,

bus, & affectibus invito, & exoro. Laudent te univerſi populi, tribus, & linguæ, & ſanctum, ac mellifluum nomen tuum, cum ſummâ jubilatione, & ardenti devotione magnificent. Et quicumque reverenter, ac devotè altiſſimum Sacramentum tuum celebrant; & plenâ fide recipiunt, gratiam, & miſericordiam invenire merecantur apud te, & pro me peccatore ſuppliciter exorent. Cumque optatâ devotione, ac fruibili unione, potiti fuerint, & benè conſolati, ac mirificè refecti, de ſacrâ menſâ cœleſti abſceſſerint, mei pauperis recordari digneuntur. Amen.

P R E C E S

Ante Miſſam
Feriâ *quintâ*.

Pa-

[redacted]

Pater potentiſſime, qui voce clarâ teſtatus es hunc eſſe Filium tuum dilectum, in quo tibi benè complacuit. Miſerere mei.

Et qui tibi de actibus meis placere non valeo, reſpice in faciem Chriſti tui, ut per eum gratiam in oculis tuis inveniam. Miſerere mei.

Jeſu amantiſſime, qui deſiderio deſideraſti, antequam patereris, hoc Paſcha manducare cum diſcipulis tuis. Miſerere mei.

Ut quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum, ita ad te Deum vivum in hoc Sacramento deſideret anima mea. Miſerere mei.

Jeſu puriſſime, qui volens inſtituere hoc Sacramentum, primùm pedes diſcipulorum tuorum poſitis in terram genibus abluiſti, in ſignum puritatis, ac munditiæ, quam no-

nobis hæc ſanctâ Myſteria ſumpturis commendatam eſſe voluiſti. Miſerere mei.

Et ampliùs lava me ab iniquitate meâ, & à peccatis meis munda me; non tantùm pedes, ſed & manus, & caput abluens, id eſt, ut affectus, & opera, & intentio pura ſint, dum menſæ tuæ particeps eſſe cupio. Miſerere mei.

Jeſu benigniſſime, qui lignum vitæ in medio Paradiſi; id eſt, Eccleſiæ tuæ, contra omnes morbos, & ipſam mortem animæ noſtræ poſuiſti. Miſerere mei.

Ut fructum vitæ, & immortalitatis inde capiam, & renovetur ex eo, ſicut aquilæ juventus mea. Miſerere mei.

Jeſu largiſſime, qui te ipſum nobis dediſti naſcens in ſocium, conveſcens in edulium, moriens in pretium, & regnans demùm daturus es

in

in præmium. Miſerere mei.

Ut pro tantis beneficiis omni tempore benedicat tibi anima mea, & omnia, quæ intra me ſunt nomini ſancto tuo. Miſerere mei.

Spiritus ſancte Deus, qui Myſteriũ Incarnationis Domini Noſtri Jeſu Chriſti mirabili virtute divinitatis operatus es in utero Virginis eam ineffabili modo fœcundans, & ſanctificans: ut dignum Filii Dei habitaculum effici mereretur. Miſerere mei.

Ut ego quoque eumdem Dominum, ac Deum meum ſyncero affectu, ac puro corde in hoc Sacramento concipere, & deinceps ſanctis operibus palam oſtendere valeam. Miſerere mei.

Sancta Trinitas unus Deus, qui non ſemel olim irreverentiam, & injuriam circa ſacrificium, & Arcam (figu-

ras

ras tantùm, & umbras hujus Sacramenti noſtri) commiſſam gravi punitione caſtigaſti. Miſerere mei.

Ut his exemplis monitus, cautiùs, ſanctius, & religioſius ſacroſancta Myſteria tua tractare ſatagam. Miſerere mei.

Sancta Maria, quæ ſola inter mulieres benedicta ad altiſſimum Dominicæ Incarnationis Myſterium electa, & à Spiritu Sancto præparata, Dominum cœli, & terræ caſtiſſimis viſceribus tuis concipere, novem menſibus geſtare, ac mundo Salvatorem edere meruiſti. Ora pro me.

Ut & ego indignus famulus tuus hunc ipſum Dominum, imò Filium tuum purâ mente in hoc ſacrificio, vel Sacramento ſuſcipere, & portare, aliiſque diſpenſare valeam. Ora pro me.

Omnes Sancti Apoſtoli, qui

in

in ultimâ cœnâ ab ipſo Chriſto Salvatore Sacerdotes creati, poteſtatem accepiſtis conſecrandi hæc ſacroſancta Myſteria; ſed præmiſſa pedum lotione, quaſi ſymbolo puritatis de interiori munditie hic neceſſariâ admoniti, & ſic ad verum Agnum, ideſt, corpus, & ſanguinem Domini veſtri manducandum admiſſi eſtis. Orate pro me.

Ut & ego gratiam, & munus ſacerdotii debito honore venerer, & non niſi mundatâ priùs conſcientiâ ad participanda hæc Divina Myſteria veniam. Orate pro me.

Sancti Evangeliſtæ, qui inſtitutionem hujus Sacramenti illuſtri teſtimonio aſſerviſtis. Orate pro me.

Ut ego plenâ fide, ſpe vivâ, charitate fervidâ hoc magnum Myſterium venerari ſemper, ac participare valeam. Orate pro me.

Om-

Omnes Sancti Diſcipuli Domini, qui unâ cum primis fidelibus perſeverantes eratis quotidiè in communicatione, & fractione panis, ita ut credentium eſſet cor unum, & anima una: nec quiſquam aliquid ſuum eſſe diceret. Orate pro me.

Ut nos, qui de uno pane, & de uno calice participamus, in unione pacis, & vinculo charitatis, ad Sacramentum pacis, & amoris, accedamus: idipſum dicamus, & ſentiamus omnes, & ſic unanimes uno ore honorificemus, & glorificemus Deum, & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui eſt pax noſtra faciens utraque unum. Orate pro me.

Omnes Sancti Martyres, qui Chriſto Regi Martyrum, corpus, & ſanguinem ſuum nobis in arâ crucis, & communionis offerenti, corpo-

ris,

Digitized by Google

ris, & ſanguinis veſtri victimam reddidiſtis. Orate pro me.

Ut ego ſpirituali martyrio mortificem membra mea ſuper terram, & oblaturus, ſeu ſuſcepturus ſacra Myſteria: meipſum priùs mactem Deo hoſtiam vivam, acceptabilem, ſanctam, Deo placentem, ſacrificium juſtitiæ in odorem ſuavitatis. Orate pro me.

OREMUS.

DEus, qui nobis ſub Sacramento mirabili Paſſionis tuæ memoriam reliquiſti. Pag. 394.

Alia oratio ante Miſſam, in quâ exercetur humilitas.

O Domine Deus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in universâ terrâ! Tu es Rex Cœli, & terræ, quem laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt poteſtates. Sed quid eſt homo, quod memores ejus, faciens ei memoriam mirabilium tuorum? aut filius hominis, quoniam viſitas eum, in hoc Sacramento, ad eum veniens? Domine, non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum, ſed tantùm dic verbo, & ſanabitur anima mea.

Alia oratio ante Miſſam, in quâ exercetur fames.

O Panis ſancte, panis cor hominis confirmans, quem qui manducat, vivet in æter-

æternum, qui non manducat vitam non habebit. Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiſcit, & deficit anima mea in atria tua Domine, ubi panem illum diſpenſas, & das eſcam timentibus te. Inclina aurem tuam, & exaudi me, quoniam inops, & pauper ſum ego; & refice eſurientem animam meam, ut in fortitudine cibi illius ambulem per hujus mundi deſertum uſque ad montem Dei, donec manducem, te pleno ore, in regno tuo, & ſatier ab ubertate domus tuæ.

Alia oratio ante Miſſam, in quâ poſtulatur gratia.

O Summe Pater miſericordiarum, reſpice in faciem Chriſti tui, qui tibi in perfectiſſimâ charitate factus eſt obediens uſque ad mor-

tem crucis, & in virtute meritorum ejus, nec non dulciſſimæ Matris ejus Virginis Mariæ, Sanctorum Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, in primis patronorum meorũ N. N. & omnium Sanctorum gratiam mihi tribue, ut gratum tibi obſequiũ exhibere valeam, fac quæſo, ut quod meis non poſſum, placentium tibi meritis, precibuſque conſequar.

Alia oratio ante Miſſam.

O Domine Jeſu, agnoſco te verum eſſe panem vivum, qui de cœlo, ut nos teipſo paſceres, deſcendiſti, & intra ſpecies panis, & vini, mirâ dulcedine, ſtupendâ dignatione, potentiâ admirabili te abdidiſti: Scio te cupidum paſcẽdi, animam meam. Credo in te quatenus hîc es, infinitos latere ſpiritualium

do-

Digitized by Google

donorum theſauros, gratiæ maximam ubertatem: ad quorum omnium participationem anhelat ardenter inops anima mea.

Credo verbo, quod dixiſti: qui manducat me, vivet propter me. Ecce panis vive, miſer ego, fame, & frigore penè confectus, infirmitatibus multis obnoxius, accedo ad te, ut manducans tè, pleniùs, & veriùs vivam de te: fovear à te, & ſaner à te; confido te non averſaturum indignitatem, infirmitatem; & inopiam meam. Verè profiteor me indignum, ut intres ſub tectum meum; & tamen in tuâ benignitate confiſus, præſumo te modò inducere in hoſpitium cordis mei, ſacroſancti corporis tui reali manducatione. Veni igitur ad me Domine, & ſana peccatricem animam meam, ciba eſurientem, inebria ſitientem,

refice imbecillem, tu qui ex voluntate Patris cooperante Spiritu Sancto, per mortem tuam mundum vivificaſti; viviſica, paſce me, ſanctifica me hoc ſacroſancto corpore, & ſanguine tuo: libera me ab omni peccato: fac me ſemper inhærere mandatis tuis, & à te nunquam ſeparari permittas. Amen.

Alia oratio ante Miſſam, prout in Miſſali ponitur.

TU enim miſereris omnium Domine: & nihil odiſti eorum, quæ feciſti. Memorare, quæ ſit noſtra ſubſtantia: quia tu Pater noſter es, quia tu Deus noſter es, ne iraſcaris ſatis, neque multitudinem viſcerum tuorum ſuper nos contineas. Non enim in juſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuam, ſed in miſeratio-

rationibus tuis multis. Aufer à nobis iniquitates noſtras: & ignem ſancti Spiritus in nobis clementer accende. Aufer cor lapideum de carne noſtrâ, & da nobis cor carneũ; quod te amet, te diligat, te delectetur, te ſequatur, te perfruatur.

Oramus Domine clementiam tuam, ut ſereno vultu familiam tuam, ſacri tui nominis officia præſtolantem, aſpicere digneris: ut & nullius ſit irritum votum, nullius vacua poſtulatio, tu nobis preces ſuggere, quas ipſe propitius audire, & exaudire delecteris.

Alia oratio ante Miſſam.

ADoro te, & gratias ago tibi amãtiſſime Jeſu Chriſte pro innumeris beneficiis, doniſque tuis, mihi indigniſſimo præſtitis, omnia illa in

te refundo, & tibi offero in laudem æternam. Gratias ago tibi pro Incarnatione, Nativitate, laboribus, ærumnis, paſſione, morte, Reſurrectione, & Aſcenſione tuâ. Gratias ago, quòd me viliſſimum peccatorem admittere dignaris, ad ſplendidiſſimũ, vivificumque ſacræ menſæ tuæ convivium. Bone Jeſu per illum amorem, qui te Incarnari, pati, & mori pro me coëgit, rogo te, ut ab omni peccato me plenè emundes, & tibi omnia placentem reddas. Exorna egenam animam meam meritis, ac virtutibus tuis, præſta, ut humili reverentiâ, ardenti deſiderio, & caſto affectu offeram tibi ſanctum Miſſæ ſacrificium in memoriam eorum omnium, quæ pro ſalute meâ facere, loqui, & tollerare voluiſti. Perficiam hoc puriſſimum ſacrificium, ad laudem, & glo-
riam

riam nominis tui ſempiternam. Ad honorem dulciſſimę genitricis Virginis Mariæ, ad honorem omnium Sanctorũ tuorum, omniumque chororum Angelorum, ad ſalutem omniũ propinquorum, amicorum, & benefactorum meorum; ad ſalutem omnium fidelium vivorum, & defunctorum. Miſerere Domine Eccleſiæ tuæ, adeſto omnibus, pro quibus pretioſum ſanguinem tuum fudiſti. Da vivis veniam, & gratiam, morientibus auxilium, da fidelibus defunctis requiem, lucemque ſempiternam. Tibi laus Chriſte Jeſu in ſęcula ſæculorum. Amen.

Hic potes addere memento vivorum , & Mortuorum :

Memoria Paſſionis Chriſti ante Miſſam .

O Jeſu ſpeculum charitatis æternæ , memento illius mœroris , quem habuiſti , quando in ſpeculo ſereniſſimæ majeſtatis tuæ conſpexiſti prædeſtinationem electorum per merita tuæ Paſſionis ſalvandorum, & reprobationem malorum per ſua demerita damnandorum, & per abyſſum miſerationis tuę,quâ nobis perditis peccatoribus , & deſperatis tunc condoluiſti , & quam latroni in cruce exhibuiſti, dicens: hodiè mecum eris in Paradiſo . Rogo Jeſu , facias mecum miſericordiam in horâ mortis meæ. Amen .

O Rex amabilis , & amice totus deſiderabilis, memento illius mœroris , quem habui-

ſti ;

ſti, quando nudus, & illuſus in cruce pependiſti, & omnes amici, & noti tui adverſus te ſteterunt, & nullum conſolantem inveniebas, niſi ſolam dilectam Genitricem tuam in amaritudine animæ ſuæ tibi fideliſſimè aſtantem, quam diſcipulo tuo commendaſti, dicens mulier, ecce Filius tuus.

Rogo te piiſſime Jeſu per gladium doloris, qui tunc ejus animam pertranſivit, ut compatiaris mihi in omnibus tribulationibus, & afflictionibus meis corporalibus, & ſpiritualibus, & da mihi conſolationem in tempore tribulationis, & in horâ mortis meæ. Amen. Pater noſter. Ave Maria.

Gratiarum actiones poſt Miſſam Feriâ quintâ.

O Mater Miſericordię, Virgo Maria reſpice oculo pietatis hoc exiguum meæ ſervitutis obſequium, quod melliſluo cordi tuo emēdandum, & perficiendum dilecto Filio tuo offero repræſentandum, ad maximam ejus gloriam, amorem, beneplacitum; in gratiarum actionem æternam, ad gratiam nobis impetrandam, illi placendi perfectiſſime, in tempore, & æternitate.

O Jeſu Fili Dei, & Mariæ Virginis dignare de manu piiſſimæ Matris tuæ ſuſcipere, & infinitâ pietate tuâ ſupplere hoc tepidum, aridum, & diſtractum obſequium meū in hoc ſacriſicio elaboratum, & unitum ardentiſſimis tuis orationibus, ſacrificiis laudis,

dis, & infiniti meriti, ac valoris obſequiis, ad omnes ſanctas intentiones.

Pater reſpice in faciem Chriſti dilecti Filii tui, & miſerere mei gratiam largiens, te cum eodem dilecto Filio tuo, & Spiritu Sancto amandi, & glorificandi, nunc perfectè in viâ, tandem beatè in patriâ, juxta tuum ſanctiſſimum beneplacitum, per eumdem Chriſtum Dominũ noſtrum. Amen.

Alia Oratio poſt Miſſam.

GRatias tibi ago, laudes tibi recino Chriſte Domine Deus meus, qui dignatus es me ex nihilo ad imaginem, & ſimilitudinem tuam creare, & tuo pretioſo ſanguine redimere, atque per ſacri baptiſmatis regenerationem inter filios adoptionis aggregare, pretioſique

Cor-

Corporis, & ſanguinis tui Myſteriis reficere. Tibi ergo dico laudes, & ago gratias, qui me à tempore rudis infantiæ meæ, uſque ad hanc horam per multa defluentem vitia immenſæ tuæ pietatis patientiâ ad emendationem expectaſti. Te laudo, te glorifico, qui me ſæpiſſimè de ſepultis tribulationibus, anguſtiis, calamitatibus, ac miſeriis liberaſti: qui me hactenus ab æternis ſuppliciis corporis, & animæ cruciatibus exemiſti. Te laudo, te glorifico, qui mihi ſoſpitalem membrorum, tranquillitatem temporum, neò non bonarum rerum effectum, unà cum multis aliis beneficiis miſericorditer tribuiſti.

Quæſo Domine Deus meus ineffab lem tuam ſuavitatem, ut inchoata iſta beneficia, donaque tua in me perficias, & quidquid in me tibi diſplicet,

Digitized by Google

cet, à me repellas. A cunctis etiam, quæ ſuperſunt tribulationibus, iniquitatibus, ac diverſis malis, quibus involutus ſum, me excipias.

Cogitationes, locutiones, & operationes meas, ad tuam voluntatem diſponas, & inter adverſa, proſperaque me gradientem ſemper, & ubique cuſtodias, & tandem me ad tuæ viſitationis deſideratiſſima gaudia feliciſſimè perducas; qui cum Deo Patre, & Spiritu Sancto vivis, & regnas per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Precatiuncula à Sacerdotatibus quotidiè legenda, ut in dies Deo ferventius deſerviant.

ADjuva nos, gratiâ tuâ omnipotens Deus, ut qui officium ſacerdotale ſuſcepimus, dignè, & devotè tibi

omni

omni puritate, & in conſcientiâ bonâ famulari valeamus. Et ſi non poſſimus in tantâ innocentiâ vitæ converſari, ut debemus, concede nobis tamen dignè flere mala, quæ geſſimus, ut in ſpiritu humilitatis, ac bonæ voluntatis propoſito tibi ferventius deſervire valeamus. Amen.

Alia Oratio ,

In quâ Deo Patri Filius offertur, cum omnibus ejus meritorum theſauris ;

Poſt Miſſam.

O Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, quomodo dilexiſti nos! ita nimirum, ut Filium tuum Unigenitum dares; ſemel quidem in pretium, ſed in dies in cibum. Quid tibi pro tantâ charitate vilis ego creatura retribuam? Hoc ipſum, quo tu nihil dignius dare poteras. Ego nihil majus

acci-

accipere. Ipſum, inquam, dilectiſſimum Filium tuum, offero tibi, mi Pater, quem pro ſalute meâ tam amanter obtuliſti; & in hoc ſacrificio, quod pro jugi illius beneficii memoriâ celebramus, tam gratiosè offerendum, & ſumendum dediſti. Quem potius tibi offeram, ò Pater æterne, quàm Filium tuum dilectum, in quo tibi benè complacuit; quem alium dirigam interceſſorem tibi ego reus, niſi hunc, qui eſt propitiatio pro peccatis meis? Advocatus, Pontifex ſummus, non alieno, ſed proprio perfuſus cruore, Hoſtia Sancta, Agnus ſine macula, qui peccatum non fecit; ſed tulit peccata mundi, & languores noſtros ſuo livore ſanavit.

Ecce ſpes mea, tota fiducia mea, Chriſtus Jeſus Filius tuus Salvator meus. Noli, quæſo, deſpicere hanc oblatio-

tionem, quamvis id mereatur offerentis vilitas; ſed aſpice, precor, propitius, quia in infinitum major eſt oblati dignitas: Reſpice in faciem Chriſti tui; qui tibi pro ſalute noſtra factus obediens uſque ad mortem in cruce pro nobis ſeſe hoſtiam obtulit.

Alia oratio poſt Miſſam, in quâ per virtutem hujus Sacramenti homini Chriſtiano accommodatæ virtutes petuntur.

O Chriſte Jeſu, mitis, & humilis corde, qui cum in forma Dei eſſes, teipſum exinaniſti formam ſervi accipiens, ac etiam nunc humilies te ad manus cujuslibet Sacerdotis; qui dimittis te ad ſpecies panis, & vini, adeoque à multis viliter, & contemptim te tractari ſinis; da mihi, ut non ſit exaltatum cor

cor meum, neque elati ſint oculi mei, non ambulem in magnis, da ut non altum ſapiam, ſed timeam.

O mi Domine, qui cum dives eſſes, pauperis ſervi formam accepiſti. Inclina cor meum Deus in teſtimonia tua, & non in avaritiam ut delecter in via teſtimoniorũ tuorum, ſicut in omnibus divitiis, ut habens victum, & amictum, his contentus ſim. O Agne immaculate, qui de virgine naſci voluiſti, da mihi puritatem mentis, & corporis per illud, quod hic nobis das, vinum germinans virgines. Cor mundum crea in me Deus &c.

O Chriſte Jeſu, qui ut agnus innocens ductus es ad victimam, tot injurias, & opprobria paſſus es, da mihi ſpiritum ſapientiæ, & manſuetudinis. Diſcam à te mitis eſſe, & humilis corde. O Chri-

Digitized by Google

Chriſte Salvator , qui ſitiens aceto , & felle potatus es : & omnes ſpiritus delicias in hoc Sacramento paraſti , auſer à me ventris concupiſcentias : ne cor meum unquam gravetur crapula , & ebrietate . O Domine , qui in horto cum ſudore ſanguinis prolixè , & ferventiſſimè oraſti , fac ut laudem te ex toto corde , ne dormitet anima mea præ tædio in tuo cultu , ac ſervitio: Redde mihi lætitiam ſalvaris tui &c.

O Domine , qui ex verâ charitate pro inimicis tuis oraſti : fac ut diligam proximum ſicut me ipſum , & benefaciam his , qui me oderunt . O dulciſſime Salvator, & ſcrutator cordium , tu noſti , quid ſit in homine , qui omnes vias meas conſideras . Tu ſcis optimè quibus in hoc ſtatu . N. officio . N. in quo per gratiam tuam conſtitutus

ſum ,

Digitized by Google

ſum, virtutibus, & donis magis indigeam. Tribue itaque mihi gratiam tuam, qui tam copioſum gratiæ theſaurum, imò teipſum gratiæ auctorem nobis in hoc Sacramento dediſti, & me nunc ad illius participatioñe clementer admiſiſti. Quæ autem non obvenient illi bona, ad quem divertere dignatur fons ipſe bonorum? ingreſſus aliquando in Zachæi domum, dixiſti: hodiè huic domui ſalus facta eſt. Ingreſſus es, ò Chriſte, domum animæ meæ, dic ei quæſo, ſalus tua ego ſum; quia dicere tuum, eſt facere, & tu ſolus es Deus, Salvator meus.

O Domine, quia tam dignanter veniſti ad me, non dimittam te, niſi benedixeris mihi, tu qui aperis manum tuam, & imples omne animal benedictione. O utinam accipiam benedictionem à

Do-

Domino, & miſericordiam à Deo ſalutari meo , quatenus eam de virtute , in virtutem, donec clarè te videam Deum Deorum in Sion, quem nunc in Sacramento velatum , & per ſpeculum in ænigmate video .

Alia oratio poſt Miſſam , pro proximis , & commendatis .

O Domine cujus viſcera miſericordię patent omnibus , qui , neminem vis perire , ſed omnes homines ſalvos fieri , ideoque pro omnibus mortem ſubjiſti , & hoc Sacramentum inſtituiſti : ſalvos fac ſervos tuos Deus meus ſperantes in te : memor eſtò cõgregationis tuæ,quam poſſediſti ab initio . Salvum fac populum tuum Domine , & benedic hæreditati tuæ , & rege eos , & extolle illos uſque in æternum . Subveni quæ-

quæſo, famulis tuis, quos pretioſo ſanguine tuo redemiſti. Mitte eis Domine auxilium de ſancto, & de Sion tuere eos. Miſerere parentum, fratrum, amicorum, benefactorumque meorum, & specialiter. N.N. communica iis meritum pretioſi ſanguinis tni, in ſalutem noſtram effuſi: ut in vitâ præſenti gratiam ad ſerviẽdum, & placendum tibi percipiant: Et ſic demùm ad æternæ vitæ gloriam perveniãt, & te ipſo fruantur in æternum, ut ope gratiæ tuæ ſic vitam præſentem inſtituant, ut tandem in cœlis æternæ vitæ præmia recipiant.

Adde hic etiam defunctos.

Alia Oratio.

O Benigniſſimè Deus, cupio ex toto corde tibi ſervire deinceps, & juſtitiâ, & ſanctitate, omnibus diebus

vitæ

vitæ meæ ad cuſtodiendas juſtificationes tuas. Hoc votis omnibus deſidero, ut cor meũ ab omnibus rebus creatis abſtraham, tibique totus uniar, ut per hujus Sacramenti virtutem, ego in te, & tu in me maneas. Tibi adhærere cupio, quia tu es Deus Salvator meus, lux, Dux, Medicus, Magiſter, imò Pater meus, & omnia.

Utinam exhibeam corpus meum hoſtiam viventem, ſanctam, tibi placentem. Vivam ego, jam non ego, vivat verò in me Chriſtus, quem intra me ipſum habeo; juravi ò Deus, & ſtatui cuſtodire judicia juſtitiæ tuæ. Verum ò Domine, velle quidem adjacet mihi, perficere autem non invenio, quia in membris meis invenio aliam legem repugnãtem legi mentis meę, ut non quod volo bonum, hoc faciam. Ad te itaque ò Do-

Domine levavi oculos meos, quia imperfectum meum viderunt oculi tui. Tu reſpice precor oculis miſericordiæ tuæ infirmitatem meam: nam ſine te nihil boni facere poſſumus, ex te autem eſt omnis ſufficientia noſtra. Tu itaque deduc me Domine in ſemitam mandatorum tuorum, quia ipſam volui. Eripe me de inimicis meis Domine, qui paraſti in cõſpectu meo menſam, cujus nunc ex gratiâ tuâ factus ſum particeps, adverſus eos, qui tribulant me. Fac mecum ſignũ in bonum, ut videant, qui oderunt me, & confundantur, quia tu Domine adjuviſti me, & conſolatus es me.

Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam in toto corde meo. Proba me Deus, & ſcito cor meum, interroga me, & cognoſce ſemitas meas, &

vide ſi via iniquitatis in me eſt, & deduc me in viâ æternâ, dirige in conſpectu tuo viam meam, ut declinem à viâ, cujus noviſſima ducunt ad mortem. O ſcrutator cordis mei, vides quàm ſim fragilis, & pronus ad hoc N. vel illud. N. vitium: ego quidem lapſum cavere propono, ſed tamen labor, niſi tu manum ſupponas; Adjuva ergo, ò Domine infirmitatem meam gratia tua.

Alia Oratio,
in quà fit memoria Paſſionis Chriſti, & Patri æterno Filius offertur.

Poſt Miſſam.

O Clementiſſime, ſupremeque cœli, & terræ conditor, quamvis ego viliſſimus ſim, & omnium peccatorum maximè deteſtabilis; tamen unà cum Eccleſia offero

fero tibi pretioſiſſimum ſacrificium, Unigenitum ſcilicet Filium tuum, pro omnibus meis peccatis, quæ uſque huc commiſi, & pro beneficiis omnibus, quæ hactenus à te recepi. Aſpice pie Pater piiſſimum Filium tuum pro tam impio paſſum.

Oro te Rex ſanctorum, per hunc Redemptorem meum: fac me currere viam mandatorum tuorum, ut ei valeam ſpiritû uniri, qui meâ non horruit carne veſtiri. Numquid non attendis, pie Pater, adoleſcentis Filii chariſſimi caput, niveâ cervice deflexâ pretioſiſſimam reſolutum in mortem? Aſpice mitiſſime conditor dilectæ ſobolis humanitatem; & miſerere ſuper infirmi plaſmatis debilitatem. Candet nudum pectus, rubet cruentum latus, tenſa arent viſcera, decora languent lumina, regia pallent

ora, procera rigent brachia, crura pendent marmorea, rigat beata ſanguinis unda terebratos pedes. Spеcta, glorioſiſſime genitor, gratiſſimæ prolis lacerata membra, & memorare benignus, quæ mea eſt ſubſtantia. Conſpicare Dei hominis pœnam, & relaxa conditi hominis miſeriam. Vide Redemptoris ſupplicium. Ecce hic eſt advocatus meus apud te Deum Patrem. Ecce Pontifex ſummus, qui non alieno eget expiari ſanguine, quia proprio refulget perfuſus cruore.

Ecce hoſtia ſancta beneplacens, & perfecta, in odorem ſuavitatis oblata, & accepta. Ecce agnus ſine maculâ, qui coram ſe tondentibus obmutuit: qui alapis cæſus, ſputis illitus, opprobriis affectus, os ſuum non aperuit. En qui peccatum non fecit peccata noſtra pertulit,

tulit, & livores noſtros ſuo livore ſanavit.

Precatio ad Jeſum.

O Jeſu fons inexhauſtæ pietatis, qui ex intimo affectu in cruce dixiſti: ſitio, ſcilicet ſalutem generis humani, accende quæſo cordiū noſtrorum deſideria ad omne opus perfectum; & ſitim carnalis concupiſcentiæ, æſtum mundanæ delectationis in nobis penitùs refrigera, & extingue. Amen.

O Jeſu dulcedo cordium, ingenſque ſuavitas mentiū, per amaritudinem aceti, & fellis, quam pro nobis deguſtaſti in horâ mortis tuæ concede nobis corpus, & ſanguinem tuum dignè percipere ad remedium, & conſolationem animarū noſtrarum. Amen. *Pater noſter. Ave Maria.*

Digitized by Google

Oratio Divi Thomæ Aquinatis ad multas , magnaſque virtutes impetrandas aptiſſima, & dicenda Poſt Miſſam accommodata .

COncede mihi, quæſo omnipotens , & miſericors Deus , quæ tibi placita ſunt, ardenter concupiſcere , & prudenter inveſtigare , veraciter agnoſcere , & perfectè adimplere. Ad laudem , & gloriam nominis tui ordina ſtatum meum , & quod à me requiris ut faciam , tribue ut ſciam , poſſim , & velim : & da exequi ut oportet , & expedit ſaluti animæ meæ.

Via mea , quæſo , ad te ſit tuta , recta , & conſummata , non deficiens inter proſpera, & adverſa , ut in illis non extollar , & in iſtis non deprimar. In proſperis gratias tibi referam , & in adverſis ſer-

ſervem patientiam; de nullo gaudeam, vel doleam, niſi quod promoveat ad te, vel quod abducat à te. Nulli placere appetam, vel diſplicere timeam, niſi tibi.

Omnia in charitate da facere, & quod ad cultum non pertinet, quaſi mortuum reputare. Actiones meas da peragere non ex conſuetudine, ſed ad te referre cum devotione. Vileſcant mihi omnia tranſitoria propter te, & chara mihi ſint omnia tua, & tu Deus meus pluſquam omnia: delectet me omnis labor, qui eſt pro te, & tædioſa ſit mihi omnis quies, quæ non eſt in te. Frequenter, ferventer da mihi dulciſſime Domine, cor meum ad te dirigere, & defectionem meam, cum emendationis propoſito, dolendo penſare.

Fac me Deus meus humilem ſine fictione, hilarem ſine

diſſolutione, triſtem ſine dejectione, maturum ſine gravitate, agilem ſine levitate, veracem ſine duplicitate, timentem ſine deſperatione, in te ſperantem ſine præſumptione, caſtum ſine corruptione, proximum corripere ſine indignatione, ipſum ędificare verbo, & exemplo ſine elatione, obedientem ſine contradictione, patientem ſine murmuratione.

Da mihi dulciſſime Jeſu, cor pervigil, quod nulla à te abducat curioſa cogitatio: da immobilem quod nulla deorſum trahat indigna affectio, da invictum, quod nulla fatiget tribulatio: da liberum quod nulla ſibi vendicet violenta delectatio: & da rectum, quod nulla leorſum obliquet ſiniſtra intentio. Largire mihi, dulciſſime Deus meus intellectum te cognoſcentem, diligentiam te quęren-

rentem, ſapientiam te invenientem, converſationem tibi placentem, perſeverantiam te dulciter expectantem, fiduciam te fœliciter amplectentem, da tuis pœnis configi per pœnitentiam, tuis beneficiis in viâ uti per gratiam, & tandem tuis gaudiis in patriâ frui per gloriam: Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivis, & regnas, &c.

Oratio adverſus invidiam poſt Miſſam.

O Jeſu amantiſſime, charitatis exemplar, qui amore Dei, & proximi, univerſa legis præcepta concludis: da nobis te Deum, & Redemptorem, & toto corde, ex totâ animâ, menteque totâ diligere, quando tu tantopere nos priùs dilexiſti, ut animam tuam pro nobis dederis. Deindè ut proximos no-

ſtros ex intimis amemus viſceribus, effice: illúque solùm odio habeamus, cujus invidia mors introivit in orbem terrarum: ut de proximorum proſperitate gaudentes, eorumque adverſitati condolentes, de nullius infœlicitate lætemur; ſed omnibus invidiæ ſtimulis repulſis, ad te, qui vera charitas es, perveniamus. Amen.

Præparatio ante Miſſam Feriâ ſextâ.

DEus meus, & omnia, doleo purè propter te, quod unquam offenderim te infinito honore, amore, obſequio digniſſimum, & cum omnibus ſanctis, & ſervis tuis tuum beneplacitum amplector, & amplectar in æternum, da quod jubes, & jube quod vis.

Digitized by Google

Oratio Thomæ à Kempis ante Miſſam.

O Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te? quando recordor devotorum aliquorum, ad Sacramentum tuum Domine, cùm maximâ devotione, & affectu accedentium, tunc ſæpiùs in me ipſo confundor, & erubeſco: quod ad altare tuum, & ſacræ communionis menſam, tam tepidè, ac frigidè accedo, quòd ita aridus, & ſine affectione cordis maneo, quòd non ſum accenſus coram te Deo meo, nec ita vehementer attractus, & affectus, ſicut multi devoti fuerunt, qui præ nimio deſiderio Communionis, & ſenſibili cordis amore, à fletu ſe non potuerunt continere: ſed ore cordis, & corporis pari-

 ter,

ter, ad te Deum fontem vivum medullitùs inhiabant, ſuam eſuriem non valentes aliter temperare, nec ſatiare, niſi corpus tuum cum omni jucunditate, & ſpirituali aviditate accepiſſent.

O vera ardens fides eorum, probabile exiſtens argumentum ſacræ præſentiæ tuæ. Iſti enim veraciter cognoſcunt Dominum ſuum in fractione panis, quorum cor tam validè ardet in eis, de Jeſu ambulante cum eis. Longè eſt à me ſæpè talis affectus, & devotio, tam vehemens amor, & ardor. Eſto mihi propitius Jeſu bone, dulcis, & benignè: & concede pauperi mendico tuo, vel interdum modicum de cordiali affectu amoris tui, in ſacrâ communione ſentire; ut fides mea magis convaleſcat, ſpes in bonitate tua proficiat, & charitas ſemel perfectè

fectè accenſa, & cœleſte manna experta nunquam deficiat.

Potens eſt autem miſericordia tua, etiam gratiam deſideratam mihi præſtare, & in ſpiritu ardoris, cum dies beneplaciti tui advenerit, me clementiſſime viſitare. Etenim licèt tanto deſiderio, tam ſpecialium devotorum non ardeo, tamen de gratiâ tuâ illius magni inflammati deſiderii deſideriũ habeo, orans, & deſiderans, omnium talium fervidorum, amatorum tuorum, participem me fieri, & eorum ſancto conſortio annumerari.

PRECES

Ante Miſſam Feriâ ſextâ.

PAter liberaliſſime, qui juxta promiſſionem Filii tui

tui dilectiſſimi dabis nobis ſiquid petierimus in nomine ejus. Miſerere mei.

Ut hoc, quod unicè precor obtineam: nimirum, ne unquam indignè, vel ad judicium corporis, & ſanguinis Filii tui myſteria ſumam. Miſerere mei.

Jeſu veraciſſime, qui teipſum tradens in cibum, & potum dixiſti: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur. Et hic eſt ſanguis meus, qui pro vobis effundetur. Miſerere mei.

Ut non vacillem in fide, & verbis oris tui: quia tu es ipſa veritas, in cujus ore non eſt inventus dolus, aut mendacium; es quoque Deus ſummè potens, apud quem non eſt impoſſibile omne verbum. Miſerere mei.

Jeſu mitiſſime, qui diſceſſurus ex hoc mundo ad Patrem,

trem, reliquiſti nobis juge monumentum immenſi amoris tui: & feciſti in hoc Sacramento memoriam mirabilium tuorum, jubens nos hoc facere in tui commemorationem. Miſerere mei.

Ut ſemper memoriâ memor ſim tui, ineffabilem potentiam, ſapientiam, ac bonitatem tuam hîc relucentem venerer aſſiduè, nec unquam obliviſcar omnes tribulationes tuas. Miſerere mei.

Jeſu manſuetiſſime, nec Judam à conſortio diſcipulorum, & menſâ tuâ in ultima cœna excludere voluiſti. Miſerere mei.

Ut ego, heu nimis indignus, & infidelis ſervus tuus, nunquam cum Judâ fiam reus corporis, & ſanguinis tui. Miſerere mei.

Spiritus Sancte Deus, qui myſterium Incarnationis Domini Noſtri Jeſu Chriſti mirabili

rabili virtute divinitatis operatus in utero Virginis; eam ineffabili modo fœcundans, & ſanctificans, ut dignum Filii Dei habitaculum effici mereretur. Miſerere mei.

Ut ego quoque eumdem Dominum, ac Deum meum ſyncero affectu, ac puro corde in hoc Sacramento concipere, & deinceps ſanctis operibus palàm oſtendere valeam. Miſerere mei.

Sancta Trinitas unus Deus; qui pro infinitâ clementiâ tuâ elegiſti me in miniſterium tuum, & de ſtercore erigens pauperem, voluiſti me fungi Sacerdotio, ut offeram tibi dona, & ſacrificia in odorem ſuavitatis. Miſerere mei.

Ut huic tam ſublimi, & ſanctæ vocationi dignis moribus reſpondeam, tibique puris manibus, ac mundo corde ſemper immolem ſacrificium laudis, & reddam tibi

Al-

Altiſſimo vota mea. Miſerere mei.

Sancta MARIA, quæ ſola inter mulieres benedicta, ad altiſſimum Dominicæ Incarnationis Myſterium electa, & à Spiritu Sancto præparata, Dominum cęli, & terræ caſtiſſimis viſceeribus tuis concipere, novem menſibus geſtare, ac mundo Salvatorem edere meruiſti. Ora pro me.

Ut, & ego indignus famulus tuus hunc ipſum Dominum, imò Filium tuum pura mente, in hoc ſacrificio, vel Sacramento ſuſcipere, & portare, aliiſque diſpenſare valeam. Ora pro me.

Omnes Sancti Pontifices Domini, qui ut miniſtri Chriſti, & fideles diſpenſatores myſteriorum Dei, ſancte functi eſtis ſacerdotio; & pro populo hoſtiam placationis frequenter obtuliſtis, eumdemque pane verbi, & Sacra-

cramenti indefeſsè paviſtis. Orate pro me.

Ut, & ego munere fidelis Sacerdotis, ſive Chriſtiani ſtrenue fungar, ne oblata ſalutis remedia ſpreviſſe, vel gratiam Dei in vacuum recepiſſe forſan inveniar. Orate pro me.

Sancte Bernarde, qui fide, & zelo ſuccenſus, ſchiſmaticum, & pertinacem ducem dexterâ, non ferro, ſed ſacrâ Dominici corporis Hoſtiâ armatâ expugnaſti. Ora pro me.

Ut fortis in fide hujus Sacramenti, diabolo, & miniſtris ejus, veritatem hujus myſterii impugnantibus conſtanter reſiſtam. Ora pro me.

Sancte Franciſce, qui conſcius puritatis, ac ſanctitatis ad Sacramentum requiſitæ, ab eo præ reverentiâ abſtinuiſti. Ora pro me.

Ut, & ego munus tam ſanctum,

ctum, & ſublimè condignè æſtimare, ac honorare ſtudeam. Ora pro me.

Sancte Thoma de Aquino, qui Angelico pollens ingenio, & excellenti doctrinâ cultum, ac venerationem Sanctiſſimi Sacramenti ſingulariter in Eccleſiâ promoviſti. Ora pro me.

Ut hujus Sacramenti fides devotio, & reverentia magis indies creſcat, ac proficiat in animâ meâ. Ora pro me.

Omnes ſancti Monachi, & Eremitæ, qui egreſſi de Ægypto hujus ſæculi, ideſt, mundo mortui, & avulſi ab uberibus, ablactati à lacte, quod propinat mundus, non ampliùs ſuſpiraſtis ad ollas carnium, ſed concupiſcentias carnis viriliter calcantes, cibo Angelorum, manna de cęlo, pane vivo paviſtis in deſerto hujus ſæculi animas ve-

veſtras, donec veniretis ad terram promiſſionis lacte, & melle manantem. Orate pro me.

Ut ego viles Ægypti cibos faſtidiam; voluptates inquam, ſæculi ſpernam præ deſiderio hujus cibi cæleſtis, nec delecter ſiliquis porcorum, cui datum eſt veſci pane filiorum. Orate pro me.

Oratio ante Miſſam, in quâ per merita Paſſionis, & ſanguinis Chriſti petes veniam, & piè communicandi gratiam.

O Jeſu Salvator mundi, qui veniſti peccatores ſalvos facere, & dixiſti: venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos: Ecce ego peccator ad te venire audeo, quia copioſa eſt apud te redemptio. Venio ad te, à quo re-

Digitized by Google

recedens erravi, ſicut ovis, quæ periit: ſed tu paſtor bone, qui poſuiſti animam tuam pro ovibus tuis, qui veniſti quærere, & ſalvum facere quod perierat, require ſervum tuum Domine; quia mandata tua non ſum oblitus. Venio ad te multis plagis ſaucius, tot pravis paſſionibus affectus, ſed tu Domine ſi vis, potes me ſanare, noſti enim malè habentibus, opus eſſe medico. Tu verò es ille Samaritanus, verus animarum medicus, qui languores noſtros portaſti, tu es, qui dediſti in animæ meæ medicamentum, pretioſi corporis tui Sacramentum. Miſerere ergo mei Domine, & ſana animam meam, quia peccavi tibi. Sacrificium tibi Domine, ſpiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum non deſpicies. Hoc priùs offero tibi, ut ſacrificium

cium corporis , & ſanguinis tui ſecuriùs offerre valeam.

Tu itaque dirumpe vincula peccatorum meorum. Sic enim dignè ſacrificabo tibi hoſtiam laudis , & nomen Domini invocabo. Tu es medicus animæ meæ , qui languores noſtros tuo livore ſanaſti. Ego verò ſum infirmus ille, ad quem ſanandum de cælo veniſti , itaque ſana animam meam , quia peccavi tibi. Tu es paſtor bonus , qui me dignaris paſcere corpore , & ſanguine tuo ſuſcipe me in humeros tuos ; quid negabis mihi , qui teipſum dediſti ? Rege me , & nihil mihi deerit , in loco paſcuæ , ubi me collocaſti ; donec ad paſcua vitæ eternę perducar.

Clementiſſime Deus ſine tuo numine nihil eſt in homine , ex te enim omnis ſufficientia noſtra. Sine te nihil boni facere , neç ſtatu , aut

vo-

vocatione noſtrâ dignè fungi poſſumus. Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum dono fidei, & gratiæ, ergo me in Baptiſmo ſanctificaſti. Sanctus quoque ſum munere Sacerdotii, quo me fungi voluiſti, id enim ſanctum eſt; ut ei digne reſpondeam, ſanctus eſſe debeo, id eſt ſegregatus à terrenis, purus, caſtus, multis gratiæ dotibus, & virtutibus conſpicuus; ſancti eſſe debebant, qui figuram tantùm, & umbram, hujus Sacramenti gerebant quantò magis ego ipſe tractans rem, & veritatem. Sed quis ſanctum, & mundum faciet de immundo conceptum ſemine. Tu itaque ò Deus ſanctificator, qui es Sanctus Sanctorum, à quo omnis ſanctificatio noſtra.

Alia

Alia Oratio ante Miſſam, in quâ exercetur fides.

EQuidem credo firmiter, ò bone Jeſu, & vivâ fide profiteor, quia tu ipſe, Deo Patri æqualis in gloriâ, & poteſtate, verus Deus, & homo, verè, & realiter es in hoc Sacramento: qui de cælo miſſus, veniſti in terram quærere quod perierat. Ideoque verè natus es de virgine, paſſus, crucifixus, & mortuus, & in memoriam amoris tui corpus, & ſanguinem in hoc Sacramento reliquiſti.

Alia Oratio, in quâ exercetur ſpes.

ET quidni ſperem in te Domine, ò ſumma ſpes, & unica ſalus animæ meæ? aut quo fugiam, niſi ad te, ò Jeſu unicum refugiũ meum? qui

Digitized by Google

qui dixiſti ore tuo ſacroſancto; venite, ad me omnes, qui laboratis, & ego reficiam vos. O quam dulcia faucibus hæc eloquia tua Domine, ſuper mel ori meo, ideòque venio cōfidenter ad altare tuum, ubi te ipſum ſpe plenus accipio; ſi enim te habeam, quid non habebo, quia tu es, qui habes, & potes omnia, & bonus es ſuper omnia. Tu es Paſtor bonus, qui nos paſcis non alio cibo, quàm corpore, & ſanguine tuo. Quid non dabis homini, cui te ipſum dediſti? Non patieris utique bone Jeſu, mihi aliquid ad ſalutem deeſſe, qui toties te recipio, mecumque habeo, te ſalutis auctorem. Non utique propter nomen tuum, quod eſt Jeſus.

Alia oratio ante Miſſam.

DOmine Jeſu Chriſte, qui Patre diſponente, & Spiritu Sancto cooperante, per mortem tuam ſpontaneâ voluntate miſericorditer à peccato, & morte æterna, mundum redemiſti. Adoro te, & veneror eo quo paſsũ, (quamvis tepido) affectu, & humili devotione gratias agens de tanto beneficio: hoc ſanctum corpus tuum, & ſanctum ſanguinem tuum ad emendationem, & defenſionem à peccatis accipere deſidero. Confiteor tibi Domine, quia nimis ſum indignus ad eorum tactum accedere: ſed confidens de illâ clementiâ, quâ pro peccatoribus (ut juſti fierent) animam tuam ponens, eam dediſti, & piam hoſtiam Patri mactare voluiſti, illam præſumo ego peccator

cator ſumere, ut per illam juſtificer.

Supplex ergo pie miſerator hominum, obſecro te, ut quæ ad delendum peccata dediſti; non mihi ſint ad peccatorum augmentum, ſed ad indulgentiam, & tuitionem. Fac me Domine ea ore, & corpore percipere, atque fide, & effectu cognoſcere: ut per eorum virtutem ſic merear complantari ſimilitudini mortis, & reſurrectionis tuæ per veteris hominis mortificationem, & novitatem juſtæ vitæ: ut dignus ſim corpori tuo (quod eſt Eccleſia) incorporari: & ſim membrū tuum, & tu caput meum, & maneam in te, ut tu in me: quatenus in reſurrectione reformes corpus humilitatis meæ, configuratum corpori claritatis tuæ, ſecundum promiſſionem Apoſtoli tui, & in te in æternum gaudeam

Digitized by Google

in gloriâ tuâ. Qui cum Patre, & eodem Spiritu Sancto vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Alia oratio ante Miſſam.

O Dulciſſime Salvator Chriſte Jeſu, adoro te in toto corde meo: & gratias ago tibi ex intimis viſceribus meis, quòd tantâ charitate nos miſerè perditos redemeris pretioſo ſanguine tuo; & in hujus amoris tui memoriam, nec non in pignus futuræ gloriæ, tam admirabili potentiâ, ſapientiâ, & bonitate nobis in cibum, & potum ipſum corpus, & ſanguinem tuum conceſſeris.

Denique ad hæc Divina Myſteria, me viliſſimum peccatorem in numerum tuorum Sacerdotũ ineffabili clementiâ vocare dignatus es. Sed heu infelix ego homo, hactenus

nus tam indignè vocatione meâ vixi, & toties, & tam graviter te Deum meum offendi peccatis meis (præſertim his N.N.) At nunc de eis doleo ex intimo corde meo; ob amorem tui ſuper omnia? & deinceps tibi ſervire, placere, & adhærere propono.

Proindè nunc accedens ad menſam convivii tui, ex omni affectu cordis mei tibi, hoc ſacrificium Miſſæ, digniſſimam hoſtiam corporis, & ſanguinis tui, quam tu ipſe ſemel pro nobis in Arâ crucis obtuliſti, purâ, & ſimplici intentione, offero ad laudem, & gloriam æternæ Majeſtatis tuæ, in memoriam ſacratiſſimæ Incarnationis, vitæ, Paſſionis, ac mortis tuæ. In gratiarum actionem pro omnibus donis, & beneficiis, toti cætui Electorum, & mihi indigniſſimo huc uſque præſtitis, vel unquam præſtan-

dis, in propitiationem peccatorum meorum: pro ſalute quoque Fidelium vivorum. N. Et ſolatio, refrigerioque defunctorum. N.

Et utinam ex omni affactu, fervore, & deſiderio Amicorum tuorum, ſeu jam regnantium in cęlis, vel adhuc militantium in terris, hoc tam grande tuæ pietatis opus peragere poſſem, vel potuiſſem. Fac ò bone Jeſu per omnes miſerationes tuas, ut hoc tremendum myſterium, & admirabile donũ chatitatis tuæ, debita ſemper fide, Reverentiâ, & gratitudine proſequar: idque puro, & ardenti corde nunc, & ſemper recipiam: ſtatum hunc quoque meum. N. ad quem me ex ſingulari gratiâ vocare dignatus es; charitate, caſtitate, humilitate, manſuetudine, patientiâ, ſobrietate, &c. Moribuſque tibi placitis, & fideli ſervo

vo tuo dignis excolere ſtudeam. Idque ut ſervitus mea magis tibi placeat, ad majorem gloriam tuam, Eccleſiæ utilitatem, & propriam, proximique ſalutem.

Unde tandem ſupplex obſecro, ut per virtutem corporis, & ſanguinis tui abſtrahas cor meum efficaciter ab omnibus noxiis affectibus, N. qui guſtum, ac fructum hujus Sacramenti impediunt, & intimè me tibi unias; & incorpores; ut guſtem quàm ſuavis ſis Domine, & unus tecum efficiar ſpiritus, ut tu in me, & ego in te maneam; adeoque nihil ſit, quod me unquam ſeparare valeat à te. Nam tibi adhærere mihi bonum eſt, quid enim mihi eſt in cęlo, & à te quid volui ſuper terram? ò pars mea Deus in æternum.

Memoria vivorum , & defunctorum , ut in Dominicâ .

Alia oratio ,

ut in Miſſali pro Feriâ ſextâ ponitur ;

ante Miſſam .

ROgamus etiam te Domine ſancte Pater , & pro ſpiritibus fidelium defunctorum : ut ſit illis ſalus , ſanitas, gaudium,& refrigerium, hoc magnum pietatis Sacramentum. Domine Deus meus , ſit illis hodiè magnum , & plenum convivium de te pane vivo , qui de cęlo deſcendiſti , & das vitam mundo ; de tuâ carne ſanctâ , & benedictâ , Agni videlicet immaculati , qui tollis peccata mundi , quæ de ſancto , & glorioſo Beatæ Virginis Mariæ utero eſt Aſſumpta , & de Spiritu Sancto concepta : ac de illo pietatis fonte, qui per lanceam militis ex tuo ſacra-

cra-

cratiſſimo latere emanavit: ut exinde refecti, & ſatiati; refrigerati, & conſolati exultent in laude, & gloriâ tuâ. Peto clementiam tuam Domine, ut deſcendat ſuper panem tibi ſacrificandum plenitudo tuæ benedictionis; & ſanctificatio tuæ divinitatis. Deſcendat etiam Domine illa Sancti Spiritus tui inviſibilis, incomprehenſibiliſque majeſtas, ſicut quondam in Patrum hoſtias deſcendebat, qui & oblationes noſtras corpus, & ſanguinem tuum efficiat, & me indignum Sacerdotem doceat tantum tractare myſterium cum cordis puritate, & lachrymarum devotione; cum reverentiâ, & tremore; ita ut placidè, ac benignè ſuſcipias ſacrificium de manibus meis ad ſalutem omnium tam vivorum, quàm defunctorum.

Prævia oblatio S. Bonaventuræ ad ſacrum faciendum, & Memoria Paſſionis Chriſti.

ECce cæleſtis Pater recolens mortem illam Unigeniti Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti, offero tibi hanc hoſtiam, quam ipſe olim obtulit pro meâ, & totius mundi ſalute. Ecce ad altare tuæ majeſtatis tranſmitto oblationem vivam, quam tu in miſeratione multâ miſiſti ad altare crucis immolandam pro nobis. Recordare ergo illius ſacroſancti ſudoris, quaſi guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Reſpice illam virgineam carnem, verberibus crudeliter flagellatam, colaphis, & alapis cæſam, livoribus tumidam, ſputis maculatam, ſanguine cruentatam, ſpinis perfora-

tam,

tam, clavis confixam, lanceâ vulneratam. Illa ergo pietas, quæ Filium tuum traxit, & vicit, ut in ſtatera crucis, totius mundi peccata liberaret, ipſa te cogat, Pater miſereri nobis miſeris. Reſpice, obſecro, non noſtra peccata, ſed in faciem Chriſti tui. Non enim in juſtificationibus noſtris preces noſtras proſternimus, ſed in multitudine miſerationum tuarum.

1. O Domine Jeſu Chriſte, adoro te in cruce pendentem, coronam ſpineam in capite portantem. Deprecor, ut tua crux liberet me ab Angelo percutiente. Amen.

2. O Domine Jeſu Chriſte adoro te in cruce vulneratum, felle, & aceto potatum. Deprecor te ut vulnera tua ſint remedium animæ meæ. Amen.

3. O Domine Jeſu Chri-

ſte , rogo te per illam amaritudinem paſſionis tuæ , quam in hora mortis ſuſtinuiſti, maximè tunc quando anima ſanctiſſima de benedicto tuo corpore eſt egreſſa . Miſerere animæ meæ in egreſſu ſuo de corpore meo , & perduc eam in vitam æternam . Amen .

4. O Domine Jeſu Chriſte, adoro te in ſepulchro poſitum myrrha , & aromatibus conditum . Deprecor te , ut tua mors ſit vita mea . Amen.

5. O Domine Jeſu Chriſte , adoro te deſcendentem ad inferos , & tuos inde liberantem captivos . Deprecor te , ut illuc nunquam me patiaris introire . Amen .

6. O Domine Jeſu Chriſte , adoro te à morte reſurgentem , & in cęlum aſcendentem, ſedentemque ad dexteram Patris . Deprecor te, ut illuc te ſequi , & tibi præſentari merear. Amen .

7. O

7. O Domine Jeſu Chriſte, Paſtor bone, juſtos conſerva, peccatores juſtifica, omnibus fidelibus miſerere, & propitius eſto mihi miſero, & indigno peccatori. Amen.

Oratio.

O Jeſu regalis virtus, jubiluſque mentalis, memento anguſtiæ, & doloris, quem paſſus es, quando præ mortis amaritudine, & Judæorum inſultatione cum magnâ voce te à Deo Patre derelictum clamaſti dicens: Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquiſti? per hanc anguſtiam peto à te, ut in anguſtiis noſtris non derelinquas nos Domine Deus noſter. O Jeſu alpha, & omega, vita, & virtus in omni tempore, recordare, quod à ſummo capite uſque ad plantam pedis te pro nobis

bis in aquâ Paſſionis tuæ demerſiſti. Propter latitudinem, & longitudinem vulnerum tuorum, doce me, per veram charitatem cuſtodire latum mandatum tuum, nimis peccatis demerſum. Amen.

Gratiarum actiones poſt Miſſam Feriâ ſextâ.

Oratio poſt Miſſam.

GRatias tibi ago clementiſſime Dominator, Redemptor animarum noſtrarum, quoniam, & præſenti hâc die cæleſtibus, & immortalibus myſteriis nos dignos feciſti, tu dirige viam noſtram, ſerva in timore tuo, tuere vitam noſtram; greſſus noſtros firma orationibus, & interceſſionibus Sanctæ, & Glorioſæ Dei Genitricis, & ſemper Virginis Marię. Exaltare ſuper cęlos Deus, & ſuper omnem terram gloria tua

nunc,

Digitized by Google

nunc, & ſemper in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ecce Pater æterne per me miſſa eſt jam ſalutis hoſtia, quam tu de cælis miſiſti in terram. Placeat tibi quæſo, quia hic eſt ipſe filius tuus, in quo tibi benè complacuit. Agat nunc quæſo officium Mediatoris, & Advocati, ubi ſedet ad dexteram tuam, & interpellat pro nobis. Memento omnis patientiæ, charitatis, & manſuetudinis ejus; & me orantem in nomine dilecti filii tui exaudire digneris, quia ipſe dixit: ſiquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Hoc unum peto Domine, placeat tibi hoc Sacrificium, ad majorem gloriam Nominis tui, proſit mihi, & fidelibus tuis, vivis, & defunctis, ad ſalutem. Amen.

Alia oratio poſt Miſſam , in quâ veniam petes peccatorum, negligentiæ, defectuumque, quos in uſu Sacramenti admiſiſti .

O Clementiſſime Salvator, in multitudine miſericordiæ , & bonitatis tuæ introiri ad altare tuum ; & ad menſam convivii tui ; à quâ conſcius miſeriæ , & iniquitatis meæ meritò abſtinere debueram , ne fortè acceſſu temerario reus fierem corporis , & ſanguinis tui . Verùm tu , dulciſſime Domine , delicta mea , & ignorantias meas ne memineris , ſed potiùs reminiſcere miſerationum tuarum Domine , ut non intres in judicium cum ſervo tuo , quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens . Si enim iniquitates obſervaveris Domine , Domine quis

ſuſti-

ſuſtinebit? quis accedere ad menſam tuam audebit? quis feret rigorem juſtitiæ tuæ? aut quis ſubſiſtet in conſpectu divinæ majeſtatis tuæ, coram quo etiam cœli non ſunt mundi.

Ecce ò Domine, confiteor adverſum me injuſtitiam meam, ut quæſo remitte impietatem peccati mei. Tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci. Sed tu, qui veniſti peccatores ſalvos facere, ſalva me, nec projicias me à facie tuâ, pro cujus ſalute temetipſum ſpontè tradidiſti in pretium; pro cujus alimoniâ temetipſum in cibum dediſti. O quanta erit fiducia peccatoris, cui cognita eſt tanta pietas Salvatoris. Quid ergo ò Chriſte Salvator, impedire me poterat, quo minus venirem ad te, qui è ſummo cœlo ſalutis meæ causâ veniſti? Infirmus quidem, & afflictus

ſum

Digitized by Google

ſum nimis; ſed an ideò à facie tuâ fugiam? imò, vel ideò ſolum ad te veni, quia infirmus ſum, non enim opus eſt benè habentibus medico, ſed his, qui malè habent, tu autem ſolus es medicus animæ meæ, qui languores noſtros tuo livore ſanaſti. Sana animam meam, ò Domine, quia peccavi tibi. Et quis me alleviabit, aut quis portabit onus meum? Tu es ò Domine, Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: qui bajulaſti crucem, ut noſtram portares iniquitatem.

Ego vitiis, praviſque paſſionibus coinquinatus ſum, & ideò ad te confugi: quis enim alius mundum faciet de immundo conceptum ſemine, niſi tu Domine, qui laviſti nos à peccatis noſtris in ſanguine tuo? quæſo lava me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Ego ſum filius

Digitized by Google

ius ille prodigus, & inobediens, qui à te profugus omnem ſubſtantiam conſumpſi; & nunc extremam patior inopiam, quo ibo, ſi ad te non redeo, mi amantiſſime pater, tu enim es pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui ſemper recipis in gratiam revertentes ad te filios, & affectu paterno foves, & amplecteris. Ego quidem non ſum dignus vocari filius tuus, ſed tu nihilominus vis haberi, & eſſe pater meus. Sis itaque propitius, & clemens, recipe exulem filium tuum; operi nudum, reſice eſurientem. Quomodo miſeretur pater filiorum, ſic miſerere mei, ò miſerator, & miſericors Domine. Numquid enim lætaris in morte, & perditione peccatoris, qui, ut ego viverem, pro me dignatus es mori.

Ecce quā fiduciā ad te veni,

ſum nimi…
cie tuâ fu…
ſolum ad…
mus ſum, …
benè habe…
his, qui m…
tem ſolus…
meæ, qui…
tuo livore…
animam m…
quia pecca…
alleviabit…
onus meum…
Agnus Dei…
ta mundi: …
cem, ut no…
quitatem.

Ego viti…
ſionibus co…
ideò ad te c…
alius mun…
mundo co…
niſi tu Do…
nos à pecca…
guine tuo? …
iniquitate …
meo munda…

… Chriſte Salvator, quam … ſum homo peccator. Sed tu parce mihi per infinitam miſericordiam tuam, ſi non eâ, quâ par erat curâ, præparatione, ac devotione tremendum hoc peregi myſterium. Memorare Domine, quæ mea ſubſtantia, ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. Domine ante te omne deſiderium meum, & gemitus meus à te non eſt abſconditus.

Alia Oratio

Poſt Miſſam.

O Summe, ac potentiſſime Deus, in laudem, & gloriam ſupremæ Majeſtatis tuæ: in memoriam ſanctiſſimæ vitæ, Paſſionis, ac mortis Jeſu Chriſti Salvatoris mei: in gratiarum actionem, pro omnibus donis, & beneficiis tuis, mihi

guo peccatori, & to
æ tuæ conceſſis ; in
ionem pro innume-
is meis ; pro ſalute
roximorum , N. N.
o quoque defuncto-
&c. Ego indignus
ſanctiſſimi corporis,
nis Filii tui Myſte,
. Verè Domine in
um eſt , quod ſatiat
ordis mei deſideriū
di , glorificandi , &
nia te amandi. Quid
eſt in cęlo , & à te
i ſuper terram? non.
eris merces noſtra
mis ?

nim Deus Salvator
& bonus es ſuper
um , & ideò diligo
Jeſu , qui ex nimio
i in carnem veniſti,
tem uſque dilexiſti
ſignum hujus amo-
ramento te ipſum ,
mo inquam , te ſu-
per

ſte, rogo te per illam amaritudinem paſſionis tuæ, quam in hora mortis ſuſtinuiſti, maximè tunc quando anima ſanctiſſima de benedicto tuo corpore eſt egreſſa. Miſerere animæ meæ in egreſſu ſuo de corpore meo, & perduc eam in vitam æternam. Amen.

4. O Domine Jeſu Chriſte, adoro te in ſepulchro poſitum myrrha, & aromatibus conditum. Deprecor te, ut tua mors ſit vita mea. Amen.

5. O Domine Jeſu Chriſte, adoro te deſcendentem ad inferos, & tuos inde liberantem captivos. Deprecor te, ut illuc nunquam me patiaris introire. Amen.

6. O Domine Jeſu Chriſte, adoro te à morte reſurgentem, & in cęlum aſcendentem, ſedentemque ad dexteram Patris. Deprecor te, ut illuc te ſequi, & tibi præſentari merear. Amen.

7. O

7. O Domine Jeſu Chriſte, Paſtor bone, juſtos conſerva, peccatores juſtifica, omnibus fidelibus miſerere, & propitius eſto mihi miſero, & indigno peccatori. Amen.

Oratio.

O Jeſu regalis virtus, jubilusque mentalis, memento anguſtiæ, & doloris, quem paſſus es, quando præ mortis amaritudine, & Judæorum inſultatione cum magnâ voce te à Deo Patre derelictum clamaſti dicens: Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquiſti? per hanc anguſtiam peto à te, ut in anguſtiis noſtris non derelinquas nos Domine Deus noſter. O Jeſu alpha, & omega, vita, & virtus in omni tempore, recordare, quod à ſummo capite uſque ad plantam pedis te pro nobis

bis in aquâ Paſſionis tuæ demerſiſti. Propter latitudinem, & longitudinem vulnerum tuorum, doce me, per veram charitatem cuſtodire latum mandatum tuum, nimis peccatis demerſum. Amen.

Gratiarum actiones poſt Miſſam Feriâ ſextâ.

Oratio poſt Miſſam.

GRatias tibi ago clementiſſime Dominator, Redemptor animarum noſtrarum, quoniam, & præſenti hâc die cæleſtibus, & immortalibus myſteriis nos dignos feciſti, tu dirige viam noſtram, ſerva in timore tuo, tuere vitam noſtram; greſſus noſtros firma orationibus, & interceſſionibus Sanctæ, & Glorioſæ Dei Genitricis, & ſemper Virginis Marię. Exaltare ſuper cęlos Deus, & ſuper omnem terram gloria tua nunc,

nunc, & ſemper in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ecce Pater æterne per me miſſa eſt jam ſalutis hoſtia, quam tu de cælis miſiſti in terram. Placeat tibi quæſo, quia hic eſt ipſe filius tuus, in quo tibi benè complacuit. Agat nunc quæſo officium Mediatoris, & Advocati, ubi ſedet ad dexteram tuam, & interpellat pro nobis. Memento omnis patientiæ, charitatis, & manſuetudinis ejus; & me orantem in nomine dilecti filii tui exaudire digneris, quia ipſe dixit: ſiquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Hoc unum peto Domine, placeat tibi hoc Sacrificium, ad majorem gloriam Nominis tui, proſit mihi, & fidelibus tuis, vivis, & defunctis, ad ſalutem. Amen.

Alia

Digitized by Google

Alia oratio poſt Miſſam, in quâ veniam petes peccatorum, negligentiæ, defectuumque, quos in uſu Sacramenti admiſiſti.

O Clementiſſime Salvator, in multitudine miſericordiæ, & bonitatis tuæ introiri ad altare tuum, & ad menſam convivii tui, à quâ conſcius miſeriæ, & iniquitatis meæ meritò abſtinere debueram, ne fortè acceſſu temerario reus fierem corporis, & ſanguinis tui. Verùm tu, dulciſſime Domine, delicta mea, & ignorantias meas ne memineris, ſed potiùs reminiſcere miſerationum tuarum Domine, ut non intres in judicium cum ſervo tuo, quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens. Si enim iniquitates obſervaveris Domine, Domine quis

ſuſti-

ſuſtinebit? quis accedere ad menſam tuam audebit? quis feret rigorem juſtitiæ tuæ? aut quis ſubſiſtet in conſpectu divinæ majeſtatis tuæ, coram quo etiam cœli non ſunt mundi.

Ecce ò Domine, confiteor adverſum me injuſtitiam meam, ut quæſo remitte impietatem peccati mei. Tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci. Sed tu, qui veniſti peccatores ſalvos facere, ſalva me, nec projicias me à facie tuâ, pro cujus ſalute temetipſum ſpontè tradidiſti in pretium; pro cujus alimoniâ temetipſum in cibum dediſti. O quanta erit fiducia peccatoris, cui cognita eſt tanta pietas Salvatoris. Quid ergo ò Chriſte Salvator, impedire me poterat, quo minus venirem ad te, qui è ſummo cælo ſalutis meæ causâ veniſti? Infirmus quidem, & afflictus

ſum

ſum nimis; ſed an ideò à facie tuâ fugiam? imò, vel ideò ſolum ad te veni, quia infirmus ſum, non enim opus eſt bene habentibus medico, ſed his, qui malè habent, tu autem ſolus es medicus animæ meæ, qui languores noſtros tuo livore ſanaſti. Sana animam meam, ò Domine, quia peccavi tibi. Et quis me alleviabit, aut quis portabit onus meum? Tu es ò Domine, Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: qui bajulaſti crucem, ut noſtram portares iniquitatem.

Ego vitiis, praviſque paſſionibus coinquinatus ſum, & ideò ad te confugi: quis enim alius mundum faciet de immundo conceptum ſemine, niſi tu Domine, qui laviſti nos à peccatis noſtris in ſanguine tuo? quæſo lava me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Ego ſum filius

Digitized by Google

lius ille prodigus, & inobediens, qui à te profugus omnem ſubſtantiam conſumpſi; & nunc extremam patior inopiam, quo ibo, ſi ad te non redeo, mi amantiſſime pater, tu enim es pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui ſemper recipis in gratiam revertentes ad te filios, & affectu paterno foves, & amplecteris. Ego quidem non ſum dignus vocari filius tuus, ſed tu nihilominus vis haberi, & eſſe pater meus. Sis itaque propitius, & clemens, recipe exulem filium tuum, operi nudum, refice eſurientem. Quomodo miſeretur pater filiorum, ſic miſerere mei, ò miſerator, & miſericors Domine. Numquid enim lætaris in morte, & perditione peccatoris, qui, ut ego viverem, pro me dignatus es mori.

Ecce quã fiduciã ad te veni,

Digitized by Google

ni, ò Chriſte Salvator,quamvis ſim homo peccator. Sed tu parce mihi per infinitam miſericordiam tuam, ſi non eâ, quâ par erat curâ, præparatione, ac devotione tremendum hoc peregi myſterium. Memorare Domine,quę mea ſubſtantia, ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. Domine ante te omne deſiderium meum, & gemitus meus à te non eſt abſconditus.

Alia Oratio
poſt Miſſam.

O Summe, ac potentiſſime Deus,in laudem, & gloriam ſupremæ Majeſtatis tuæ: in memoriam ſanctiſſimæ vitæ, Paſſionis, ac mortis Jeſu Chriſti Salvatoris mei: in gratiarum actionem, pro omnibus donis,& beneficiis tuis,

mihi

Digitized by Google

mihi indiguo peccatori, & to-
i Eccleſiæ tuæ conceſſis; in
propitiationem pro innume-
ris peccatis meis; pro ſalute
meâ, & proximorum, N. N.
pro ſolatio quoque defuncto-
rum. N. &c. Ego indignus
peccator ſanctiſſimi corporis,
& ſanguinis Filii tui Myſte-
ria recolo. Verè Domine in
te ſolo totum eſt, quod ſatia-
re poſſit cordis mei deſideriū
te laudandi, glorificandi, &
ſuper omnia te amandi. Quid
enim mihi eſt in cęlo, & à te
quid volui ſuper terram? non-
ne tu ipſe eris merces noſtra
magna nimis?

Verè enim Deus Salvator
meus es, & bonus es ſuper
omne bonum, & ideò diligo
te Chriſte Jeſu, qui ex nimio
amore mei in carnem veniſti;
& ad mortem uſque dilexiſti
me, & in ſignum hujus amo-
ris in Sacramento te ipſum
dediſti. Amo inquam, te ſu-
per

per meipſum , & omnia ; aut certè ſic amare te , & tibi ſoli ſemper adhærere vehementer deſidero , utinam per virtutem Sacramenti hujus , tanta inter te, & me coaleſcat amoris unio, ut nihil me ſeparare queat à charitate Chriſti Salvatoris mei . Amen .

Memoria Paſſionis Chriſti , & oratio , in quâ Deo Patri Filius offertur :

Poſt Miſſam .

O Clementiſſime , ſupremeque cęli , & terræ conditor , quamvis ego viliſſimus ſim , & omnium peccatorum maximè deteſtabilis ; tamen unà cum Eccleſia offero tibi pretioſiſſimum ſacrificium ſcilicet Filium tuum , pro omnibus meis peccatis , quæ uſque huc commiſi , & pro omnibus beneficiis , quæ hactenus à te recepi . Adſpi-

ce ,

ce, pie Pater, piiſſimum Filium pro tam impio paſſum. Quid commiſiſti dulciſſimè puer, ut ſiç judicareris? quid commiſiſti amantiſſimè juvenis, ut adeò dure tractareris? quod ſcelus tuum? quæ noxia tua? quæ cauſa mortis? quę occaſio damnationis tuç? ego enim ſum tui plaga doloris, tuæ culpa occiſionis.

Ego tuæ mortis meritum, tuæ vindictæ flagitium. Ego tuæ paſſionis livor, tui cruciatus labor. O mirabilis cenſuræ conditio, ò ineffabilis myſterii diſpoſitio. Peccat iniquus, & punitur juſtus; delinquit reus, & vapulat innocens: offendit impius, & damnatur pius: quod meretur malus, patitur bonus: quod perpetrat ſervus, exolvit Dominus: quod committit homo, ſuſtinet Deus: quò nate Dei, quò tua deſcendit humilitas? quò tua flagravit

cha-

Digitized by Google

charitas? quò proceſſit pietas? quò exercuit benignitas? quò pervenit compaſſio: Ego enim inique egi, tu pęna mulctaris: ego facinus admiſi, tu humiliaris. Ego tumui, tu attenuaris. Ego inobediens extiti, tu obediens ſcelus inobedientiæ luis.

Ecce omnipotens Deus, Pater Domini mei, diſpone benignus, quo miſerearis mei, quoniam quidquid pretioſius inveni, devotè obtuli: quidquid charius reperi, ſuppliciter præſentavi. Direxi tibi advocatum meum, Dilectum Filium tuum. Serenus amplectare Paſtorem, & reſpice miſericors illatam propriis humeris ovem. Oro te, pie Pater, da mihi, ut per hanc orationem merear illum habere advocatum, quem nullo meo merito, ſed ex purâ tuâ gratiâ mihi dediſti Redemptorem. Amen.

Digitized by Google

Et tu unigenite ſummi Patris Fili, Domine, & Salvator mi, miſerere mei. Omnes meas iniquitates, omnem injuriam, ignominiam, iram, ſuperbiam, avaritiam, inobedientiam, impudentiam, præſumptionem, cum omnibus aliis malis, quibus te irritavi, in tuam benignitatem, clementiam, & ſacratiſſima vulnera, quæ pro me recepiſti, projicio, & me totum reddo, tuæque gratiæ commendo. Tu es omnis ſpes mea, tu es àuxilium, & fortitudo mea. Quantùm me turbant, & confundunt peccata mea, tantùm me exhilarat, & conſolatur tua bonitas, & infinita tuæ Paſſionis merita. Et quamvis peccata mea ſint grandia, & innumerabilia: tamen in comparatione tuę miſericordiæ pauca ſunt, & exigua. Hanc ob cauſam tuæ confido bonitati,

& ſpero, quod perire me non permittes, quem creaſti ad tuam imaginem, & ſimilitudinem, & propter quem te noſtræ naturæ, carniſque, & ſanguinis noſtri feciſti participem. Spero denique me à te non condemnatum iri, poſteaquam me tot laboribus, & moleſtiis, tamque caro pretio redemiſti. Tu, qui vivis, & regnas per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Oratio adverſus iram poſt Miſſam.

Mitiſſime Jeſu, qui ut agnus manſuetus, qui portatur ad victimam, & ſicut ovis ad occiſionem ductus, non aperuiſti os tuum, ſed tractus, illuſus, conſputus, percuſſus, & denique cruci affixus, non modò malum pro malo non reddidiſti, ſed inſuper pro transgreſſoribus

ribus Deum Patrem oraſti: Inſere quæſumus cordibus noſtris manſuetudinem, & patientiæ virtutem; ut ita ſu-rorem comprimentes, manſuetudo corde malum in bono vincamus; & inimicos noſtros diligamus; quo uſque beneficentiâ noſtrâ, tanquam ardentibus prunis incenſi, ad mutuum inflammentur amorem, atque ita unanimes uno ore, ac fraternâ charitate honorificemus te Patrem noſtrum in terris, & aſſequamur in cęlis. Amen.

Præparatio ante Miſſam Sabbato:

Exerce actum contritionis.

O Deus meus! ò Jeſu cordis mei; quàm bonus ſemper fuiſti erga me! & heu quàm ingratus ego erga te! ignoſce Pater mi, ignoſce Pater miſericordiarum, &

ſum nimis; ſed an ideò à facie tuâ fugiam? imò, vel ideò ſolum ad te veni, quia infirmus ſum, non enim opus eſt benè habentibus medico, ſed his, qui malè habent, tu autem ſolus es medicus animæ meæ, qui languores noſtros tuo livore ſanaſti. Sana animam meam, ò Domine, quia peccavi tibi. Et quis me alleviabit, aut quis portabit onus meum? Tu es ò Domine, Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: qui bajulaſti crucem, ut noſtram portares iniquitatem.

Ego vitiis, praviſque paſſionibus coinquinatus ſum, & ideò ad te confugi: quis enim alius mundum faciet de immundo conceptum ſemine, niſi tu Domine, qui laviſti nos à peccatis noſtris in ſanguine tuo? quæſo lava me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Ego ſum filius

lius ille prodigus, & inobediens, qui à te profugus omnem ſubſtantiam conſumpſi; & nunc extremam patior inopiam, quo ibo, ſi ad te non redeo, mi amantiſſime pater, tu enim es pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui ſemper recipis in gratiam revertentes ad te ſilios, & affectu paterno foves, & amplecteris. Ego quidem non ſum dignus vocari filius tuus, ſed tu nihilominus vis haberi, & eſſe pater meus. Sis itaque propitius, & clemens, recipe exulem filium tuum, operi nudum, reſice eſurientem. Quomodo miſeretur pater filiorum, ſic miſerere mei, ò miſerator, & miſericors Domine. Numquid enim lætaris in morte, & perditione peccatoris, qui, ut ego viverem, pro me dignatus es mori.

Ecce quā fiduciā ad te veni,

ni, ò Chriſte Salvator, quamvis ſim homo peccator. Sed tu parce mihi per infinitam miſericordiam tuam, ſi non eâ, quâ par erat curâ, præparatione, ac devotione tremendum hoc peregi myſterium. Memorare Domine, quę mea ſubſtantia, ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. Domine ante te omne deſiderium meum, & gemitus meus à te non eſt abſconditus.

Alia Oratio
poſt Miſſam.

O Summe, ac potentiſſime Deus, in laudem, & gloriam ſupremæ Majeſtatis tuæ: in memoriam ſanctiſſimæ vitæ, Paſſionis, ac mortis Jeſu Chriſti Salvatoris mei: in gratiarum actionem, pro omnibus donis, & beneficiis tuis,

mihi

mihi indiguo peccatori, & toti Eccleſiæ tuæ conceſſis; in propitiationem pro innumeris peccatis meis; pro ſalute meâ, & proximorum, N. N. pro ſolatio quoque defunctorum. N. &c. Ego indignus peccator ſanctiſſimi corporis, & ſanguinis Filii tui Myſteria recolo. Verè Domine in te ſolo totum eſt, quod ſatiare poſſit cordis mei deſideriũ te laudandi, glorificandi, & ſuper omnia te amandi. Quid enim mihi eſt in cęlo, & à te quid volui ſuper terram? nonne tu ipſe eris merces noſtra magna nimis?

Verè enim Deus Salvator meus es, & bonus es ſuper omne bonum, & ideò diligo te Chriſte Jeſu, qui ex nimio amore mei in carnem veniſti; & ad mortem uſque dilexiſti me, & in ſignum hujus amoris in Sacramento te ipſum dediſti. Amo inquam, te ſuper

per meipſum, & omnia; aut certè ſic amare te, & tibi ſoli ſemper adhærere vehementer deſidero, utinam per virtutem Sacramenti hujus, tanta inter te, & me coaleſcat amoris unio, ut nihil me ſeparare queat à charitate Chriſti Salvatoris mei. Amen.

Memoria Paſſionis Chriſti, & oratio, in quâ Deo Patri Filius offertur.

Poſt Miſſam.

O Clementiſſime, ſupremeque cęli, & terræ conditor, quamvis ego viliſſimus ſim, & omnium peccatorum maximè deteſtabilis; tamen unà cum Eccleſia offero tibi pretioſiſſimum ſacrificium ſcilicet Filium tuum, pro omnibus meis peccatis, quæ uſque huc commiſi, & pro omnibus beneficiis, quæ hactenus à te recepi. Adſpi-

çe,

ne, pie Pater, piiſſimum Filium pro tam impio paſſum. Quid commiſiſti dulciſſimè puer, ut ſiç judicareris? quid commiſiſti amantiſſimè juvenis, ut adeò dure tractareris? quod ſcelus tuum? quæ noxia tua? quæ cauſa mortis? quę occaſio damnationis tuę? ego enim ſum tui plaga doloris, tuæ culpa occiſionis.

Ego tuæ mortis meritum, tuæ vindictæ flagitium. Ego tuæ paſſionis livor, tui cruciatus labor. O mirabilis cenſuræ conditio, ò ineffabilis myſterii diſpoſitio. Peccat iniquus, & punitur juſtus; delinquit reus, & vapulat innocens: offendit impius, & damnatur pius: quod meretur malus, patitur bonus: quod perpetrat ſervus, exolvit Dominus: quod committit homo, ſuſtinet Deus: quò nate Dei, quò tua deſcendit humilitas? quò tua flagravit

cha-

charitas? quò proceſſit pietas? quò exercuit benignitas? quò pervenit compaſſio: Ego enim inique egi, tu pęna mulctaris: ego facinus admiſi, tu humiliaris. Ego tumui, tu attenuaris. Ego inobediens extiti, tu obediens ſcelus inobedientiæ luis.

Ecce omnipotens Deus, Pater Domini mei, diſpone benignus, quo miſerearis mei, quoniam quidquid pretioſius inveni, devotè obtuli: quidquid charius reperi, ſuppliciter præſentavi. Direxi tibi advocatum meum, Dilectum Filium tuum. Serenus amplectare Paſtorem, & reſpice miſericors illatam propriis humeris ovem. Oro te, pie Pater, da mihi, ut per hanc orationem merear illum habere advocatum, quem nullo meo merito, ſed ex purâ tuâ gratiâ mihi dediſti Redemptorem. Amen.

Et

Et tu unigenite ſummi Patris Fili, Domine, & Salvator mi, miſerere mei. Omnes meas iniquitates, omnem injuriam, ignominiam, iram, ſuperbiam, avaritiam, inobedientiam, impudentiam, præſumptionem, cum omnibus aliis malis, quibus te irritavi, in tuam benignitatem, clementiam, & ſacratiſſima vulnera, quæ pro me recepiſti, projicio, & me totum reddo, tuæque gratiæ commendo. Tu es omnis ſpes mea, tu es auxilium, & fortitudo mea. Quantùm me turbant, & confundunt peccata mea, tantùm me exhilarat, & conſolatur tua bonitas, & infinita tuæ Paſſionis merita. Et quamvis peccata mea ſint grandia, & innumerabilia: tamen in comparatione tuę miſericordiæ pauca ſunt, & exigua. Hanc ob cauſam tuæ confido bonitati,

 & ſpe-

& ſpero, quod perire me non permittes , quem creaſti ad tuam imaginem , & ſimilitudinem , & propter quem te noſtræ naturæ , carniſque , & ſanguinis noſtri feciſti participem . Spero denique me à te non condemnatum iri, poſteaquam me tot laboribus , & moleſtiis,tamque caro pretio redemiſti . Tu , qui vivis, & regnas per omnia ſæcula ſæculorum . Amen .

Oratio adverſus iram poſt Miſſam .

MItiſſime Jeſu , qui ut agnus manſuetus , qui portatur ad victimam , & ſicut ovis ad occiſionem ductus , non aperuiſti os tuum , ſed tractus , illuſus , conſputus , percuſſus , & denique cruci affixus , non modò malum pro malo non reddidiſti, ſed inſuper pro tranſgreſſoribus

ribus Deum Patrem oraſti: Inſere quæſumus cordibus noſtris manſuetudinem, & patientiæ virtutem; ut ita furorem comprimentes, manſuetudo corde malum in bono vincamus; & inimicos noſtros diligamus; quo uſque beneficentiâ noſtrâ, tanquam ardentibus prunis incenſi, ad mutuum inflammentur amorem, atque ita unanimes uno ore, ac fraternâ charitate honorificemus te Patrem noſtrum in terris, & aſſequamur in cęlis. Amen.

Præparatio ante Miſsam Sabbato:

Exerce actum contritionis.

O Deus meus! ò Jeſu cordis mei; quàm bonus ſemper fuiſti erga me! & heu quàm ingratus ego erga te! ignoſce Pater mi, ignoſce Pater miſericordiarum, &

concede, ut ex toto corde deinceps adhæream tibi, & ſanctiſſimæ voluntati tuæ in tempore, & in æternitate Sacrificium ſpiritus contribulati tibi Domine, unà cum ſacrificio corporis, & ſanguinis Filii tui Salvatoris mei, humiliter offero. Doleo enim ex intimo corde quòd te Deum meum, ſummè bonum, & in me tam beneficum, ac toties in Sacramento me reficientem, unquam offenderim peccatis meis; præſertim talibus. N. N. quæ tu noſti ò ſcrutator cordium: ſed & miſer ego peccator in amaritudine animæ meæ dolens confiteor. Utinam nunquam offendiſſem te: Sed contritum cor, & humiliatum Deus non deſpicias, Tu qui amore noſtri dediſti nobis Unigenitum tuum, ut nos lavaret à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.

LI-

PRECES

Ante Miſſam

Sabbato.

PAter orphanorum, in quem ſperant oculi omnium, & tu das illis eſcam in tempore opportuno. Miſerere mei.

Et panem quotidianum da mihi hodiè: panem inquam vivum, & qui de cælo deſcendit, ut confirmet cor meum, & nutriat in æternum. Miſerere mei.

Jeſu gratiſsime, qui peracto hoc myſterio, coram diſcipulis tuis, Patri æterno gratias egiſti, & hymno dicto, ad hortum orationis locum egreſſus es. Miſerere mei.

Ut numquam ab hoc tam excellenti convivio ingratus re-

recedam : ſed tanti beneficii ſeriâ conſideratione , magis magiſque in tui amorem exardeſcat anima mea. Miſerere mei .

Jeſu Sacerdos in æternum, & Paſtor bone , qui temetipſum in Arâ crucis obtuliſti victimam, & poſuiſti animam tuam pro ovibus tuis, eaſque paſcis ipſo corpore , & ſanguine tuo . Miſerere mei .

Ut, quia erravi ſicut ovis , quæ periit , requiras ſervum tuum, & reportes me humeris tuis in ovile tuum , & paſcas in loco Paſcuæ, ubi me collocaſti . Miſerere mei .

Jeſu clementiſsime, qui diſcipulis in Emaus euntibus te ſpecie peregrini adjunxiſti , & in fractione panis demùm te cognoſcendum præbuiſti . Miſerere mei .

Ut te, quem ſub his figuris verè mihi præſentem credo , & ſi oculis non video , tandem

dem revelatâ facie contemplari merear:& interim dum me dulci alloquio tuo, & pabulo corporis tuî paſcere digneris in viâ: amore, & deſiderio tui ardens in me ſit cor meum. Miſerere mei.

Spiritus Sancte Deus, qui myſteriũ Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti mirabili virtute divinitatis operatus in utero Virginis; eam ineffabili modo fœcundans, & ſanctificans, ut dignum Filii Dei habitaculum effici mereretur. Miſerere mei.

Ut ego quoque eumdem Dominum, ac Deum meum ſyncero affectu, ac puro corde in hoc Sacramento concipere,& deinceps ſanctis operibus palàm oſtendere valeam. Miſerere mei.

Sancta Trinitas unus Deus, qui vis ſanctos habere miniſtros, dicens ſancti eſtote,

quoniam ego ſanctus ſum. Miſerere mei.

Ut à terrenis curis, & carnis deſideriis abſtrahatur cor meum, ut in ſanctitate, & juſtitiâ coram te ſervire valeam omnibus diebus vitæ meæ. Miſerere mei.

Sancta MARIA, quæ ſola inter mulieres benedicta, ad altiſſimum Dominicæ Incarnationis Myſterium electa, & à Spiritu Sancto præparata, Dominum cæli, & terræ caſtiſſimis viſceribus tuis concipere, novem menſibus geſtare, ac mundo Salvatorem edere meruiſti. Ora pro me.

Ut, & ego indignus famulus tuus hunc ipſum Dominum, imò Filium tuum purâ mente, in hoc ſacrificio, vel Sacramento ſuſcipere, & portare, aliiſque diſpenſare valeam. Ora pro me.

Omnes Sanctæ Virgines, &

Vi-

Viduæ, quæ pluſquam virili animo, conſtans propoſitum continentiæ, ac caſtitatis arripuiſti, adeoque corpora veſtra hoſtiam vivam ſponſo veſtro Deo viventi, Regi ſæculorum immortali, & ſic caſtas, ac perpetuas cum ſponſo nuptias celebratis: Orate pro me.

Ut ego vinum germinans virgines, caſtitatis zelum inbibam, ac continuè puri cordis amore indiſſolubile teneam cum ſponſo veſtro connubium, eumque in hoc Sacramento verè præſentem medullitus, ac totis viſceribus amplectar, & exoſculer: Orate pro me.

Sáncta Maria Magdalena, quæ unà cum ſorore Chriſtũ hoſpitio excepiſti, ſed vacans à miniſterio, & ſedens ad pedes Domini audiebas verbum illius. Alias quoque in convivio phariſæi pedes Domini

lacrymis tuis ubertim manantibus laviſti; & capillis terſiſti; ſic & amorem in Dominum, & dolorem criminum palam oſtendiſti; Denique pendenti in cruce adhæſiſti, & ſepultũ vi amoris æſtuans quæſiviſti. Ora pro me.

Ut, & ego à curis ſæculi abſtraham cor meum, & quæram præ omnibus in otio ſancto vacare Deo: Acceſſnrus verò ad Dominum meum in hoc Sacramento, priùs contriti cordis lacrymas offeram Deo meo, & crucifixo libentet adhæream: non quærens gloriari, niſi in Cruce Domini mei Jeſu Chriſti. Ora pro me.

Omnes Sancti, & Electi Dei, qui jam revelatâ facie, in patriâ, viſione beatâ aſpicitis, & pleno jam ore manducatis panem illum, quem nos non niſi per ſpeculum in ænigmate conſpicimus, &

alie-

alienâ ſpecie relatum accipimus. Vos enim fœlices portum tenetis; ad quem nos miſeri tendimus; ò quot inter tempeſtates, & pericula: viatico egemus, ut ſuperemus? Viaticum Chriſtus eſt: & unicum ſolatium peregrinationis noſtræ. Orate pro me.

Ut eo nos ſaltem ſuſtentemur in viâ: donec vobiſcum, & nos ſatiemur ab ubertate domus Dei, & torrente voluptatis ejus potemur in patriâ. Orate pro me.

Oratio ante Miſſam,
in quâ petes gratiam.

ROgo te, itaque ò Pater æterne per vim illius fortiſſimi amoris, qui traxit Unigenitum tuum è ſinu tuo in virginis uterum, ut homo fieret propter nos homines; Rogo te per vehementiam deſiderii illius, quo deſidera-

rabat in ultimâ cænâ manducare Paſcha cum diſcipulis ſuis, & perficere opus redemptionis noſtræ. Per vim quoque illius amoris, quo ſacrificium, & Sacramentum corporis, & ſanguinis ſui in memoriam immenſi amoris ſui, & pignus futuræ gloriæ inſtituens, ipſis, & nobis omnibus ſeipſum in cibum dedit. Rogo te quoque per virtutem illius ardentiſſimæ charitatis, quâ ſemetipſum tibi æterno Patri ſuo in arâ crucis in ſacrificium, & pretium pro nobis peccatoribus redimendis obtulit, ut ſalutari gratiâ tua ita me dirigas, & ſacris myſteriis corporis, & ſanguinis ejus ita dignè me ſemper uti facias, ut copioſum inde fructum, & robur contra omnes mundi, carnis, ac dæmonis inſidias conſequar; vitia, & N. maximè fugiam.

Alia

Digitized by Google

Alia oratio ante Miſſam Sabbato, ut in Miſſali ponitur.

ROgo etiam te Domine, per ipſum ſacroſanctum Myſterium corporis, & ſanguinis tui, quo quotidiè in Eccleſia tua paſcimur, & potamur, & abluimur, & ſanctificamur, atque unius ſummæ divinitatis participes efficimur, da mihi virtutes tuas ſanctas, quibus repletus bona conſcientia ad altare tuũ accedam, ita ut hæc cæleſtia Sacramenta efficiantur mihi ſalus, & vita. Tu enim dixiſti ore tuo ſancto, & benedicto: panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Ego ſum panis vivus, qui de cælo deſcendi. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum. Panis dulciſſime, ſana palatum cordis mei, ut ſentiam ſuavitatem amo-

amoris tui. Sana illud ab omni languore, ut nullam præter te ſentiam dulcedinem.

Panis candidiſſime, habens omne delectamentum, & omnem ſaporem, qui nos ſemper reficis, & nunquam in te deficis: comedat te cor meũ, & dulcedine ſaporis tui repleantur viſcera animę meæ. Manducat te Angelus ore pleno; manducet te peregrinus homo pro modulo ſuo, ne deficere poſſit in via, tali recreatus viatico. Panis ſancte, panis vive, panis munde, qui deſcendiſti de cælo, & das vitam mundo, veni in cor meum, & munda me ab omni inquinamento carnis, & ſpiritus. Intra in animam meam, ſana, & munda me interius, & exterius. Eſto tutamen, & continua ſalus animæ, & corporis mei. Repelle à me inſidiantes mihi hoſtes: recedant procul à præſentia po-

ten-

tentiæ tuæ, ut foris, & intus per te munitus recto tramite ad tuum regnum perveniam, ubi non in myſteriis ſicut in hoc tempore agitur, ſed facie ad faciem te videbimus, cum tradideris regnum Deo Patri, & eris Deus omnia in omnibus. Tunc enim me de te ſatiabis ſatietate mirificâ, ita ut non eſuriam, nec ſitiam in æternum. Qui cum eodem Deo Patre, & Spiritu Sancto vivis, & regnas per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Alia oratio ante Miſſam.

O Deus ſcrutator cordis mei, cupio ſumere, utinam reipsâ poſſim, mirabile, & cæleſte Sacramentum omni, quâ par eſt, pietate, & religione, omni affectu, deſiderio, & fervore Angelorum, & Electorum tuorum Domine ante omne deſiderium

Digitized by Google

rium meum; paratum cor meum, Deus, paratum cor meum, offero tibi totum cor meum, & omnia. Deſiderium pauperis exaudi, ò Domine, preparationes cordis ejus audiat auris tua. Suppleat divina, & immenſa tua bonitas quidquid humana mea non valet infirmitas. Sed quomodo audeo accedere ad te?

Nonne tu ò Deus, Dominus, creator, ac Redemptor meus, Rex cæli, & terræ; at quis ego? vilis terræ vermiculus, pulvis, & cinis, & quod indignius eſt toties erga te inobediens, & ingratus peccator, &c.

Verè Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum, ſed memento Domine, quia cum eſſes Dominus omnium, aſſumptâ ſervi formâ venis ad nos, & familiariter egiſti cum publicanis, & peccatoribus. Denique humi-

humiliaſti temetipſum uſque ad mortem. Illa quæſo te moveat humilitas, ut me vilem, & humilem non deſpicias. Sed clementer ad me venias: aut venientem ad te benignè ſuſcipias.

Implora opem Sanctorum.

O Sancti Dei omnes, per eum vos rogo, quem vos facie ad faciem, nos autem hic per ſpeculũ in ænigmate videmus, & velatum in hoc Sacramento ſuſcipimus; ſuccurrite mihi quæſo precibus veſtris apud Deum, ut ſic illum nunc in Sacramento poſſim recipere, ut aliquando eum in propriâ ſpecie vobiſcum merear videre.

Tu præcipuè ò Sacratiſſima Virgo Mater, quæ Spiritu Sancto cooperante, gratiâ plena, Deum, & hominem puriſſimis viſceribus tuis conci-

cipe-

cipere, & portare meruiſti, impetra mihi, quæſo, gratiam Sancti Spiritus, per amorem Filii tui, ut ego eum dignè in hoc Sacramento excipere, & portare valeam.

Adſis ò Angele cuſtos, & clientem tuum pio ductu dirige, ut panem illum Angelorum, Dominum cæli, & terræ decenter excipiam. O Patroni N.N. Aulici Dei, ſuccurrite, & Domino veſtro hoſpitium cordis mei congruenter adornate.

Memoria Paſſionis Chriſti ; ante Miſſam.

O Jeſu Chriſte, unice Salvator meus, ne pereat quæſo, aut fructu ſuo fruſtretur in me miſero acerbiſſima paſſio, & mors tua. Per omnem ignominiam tuam, & amariſſimam mortem tuam, & vulneratum cor tuum largire mihi

mihi gratiam, nunc, & in horâ mortis meæ. Amen.

O Crucifixe Jeſu Chriſte, Salvator mundi, omnes dolores tuos, & pretioſum ſanguinem, ac mortem tuam, & omnes miſerationes tuas pone inter ſtrictum judicium tuum, & miſeram animam meam.

O bone Paſtor Jeſu Chriſte, qui pretioſo ſanguine tuo, paſcis, & purificas oves tuas; copioſa effuſio ſanctiſſimi ſanguinis tui, & paſſio tua ſit mihi, & omnibus peccatoribus in ſolatium, & ſalutem.

Oratio.

O Jeſu veritatis ſpeculum, ſignum unitatis, charitatiſque vinculum, memento multitudinis innumerabiliũ vulnerum tuorum, quibus à ſummo capitis uſq; ad imum pe-

pedis vulneratus fuiſti, & ſanctiſsimo ſanguine tuo rubricatus, quam magnitudinem doloris in virgineâ carne tuâ pertuliſti pro nobis. Pie Jeſu quid ultra debuiſti facere, & non feciſti? ſcribe quæſo, ò pie Jeſu, omnia vulnera tua in corde meo, pretioſiſsimo ſanguine tuo, ut in illis legam dolorem tuum, & mortem, ut in gratiarum actionem uſque in finem jugiter perſeverem. Amen.

Alia oratio ante Miſſam.

O Jeſu Leo fortiſsime, Rex immortalis, & invictiſſime, memento doloris, quem paſſus es, cum omnes vires cordis, & corporis tui tibi penitùs defecerunt, & inclinato capite dixiſti; conſummatum eſt. Per hanc anguſtiam, & dolorem miſerere mei in ultimâ conſummatione

ne exitus mei, cùm anima anxiata fuerit, & ſpiritus meus conturbatus. Amen. *Pater noſter. Ave Maria.*

Gratiarum actiones;
poſt Miſſam Sabbato.

CLementiſſime Domine Jeſu Chriſte, unice Salvator meus toto, & intimo corde te adoro, & pro tanto beneficio immenſas gratias ago; Et quia omni dignus es amore, ſuper omnia te amo: & doleo, quod non, quantùm mereris, te amaverim, nec amem. Et in locum hujus defectus, illas tibi offero adorationes, gratiarum actiones; benevolentiæ, nec non amoris, reverentiæ, & gratitudinis affectus, quibus te tua ſacratiſſima complexa eſt Mater, & omnes ſancti, ac ſervi tui, quoſque tibi unquam perſolverunt, atque etiam in cælo unà cum univerſa Ec-

Digitized by Google

cleſiâ Catholicâ tuâ Sponsâ perſolvunt. Doleo ſuper omnia, mi Domine, quòd quomodocumque te offenderim; & ſummoperè diſplicet mihi, quod non tantùm doleam, quantùm tua bonitas requirit, & Majeſtas: deque tuæ ſacratiſſimæ paſſionis virtute cunctarum offenſarum ſubmiſſe deprecor veniam, & remiſſionem. Offero cum eadem quoque meipſum, omneſque, quos exatlavi, & quos per omnem vitam ſum exantlaturus labores, & quidquid ſum perpeſſurus in ſatisfactionem, & remiſſionem omnium peccatorum meorum. Uti infinitæ tuæ Bonitati, & clementiæ confido, quod omnes meas mihi remiſſurus ſis noxas. Humiliter inſuper precor, ut emendandi, & uſque in finem in tuo ſancto ſervitio perſeverandi concedas gratiam. Amen.

Pre-

Precatio ad Beatam Virginem Mariam.

O Sereniſſima, & inclyta Virgo Maria Mater Domini noſtri Jeſu Chriſti, Regina cæli, & terræ, quæ eumdem creatorem omnium creaturarum in utero digna fuiſti portare, cujus idem veraciſſimum corpus, & ſanguinem ego indignus ſumere præſumpſi.

Rogo te per virginalem humilitatem tuam, & per paſſionem, & mortem ejuſdē Filii tui, ut apud ipſum pro me miſero peccatore intercedere digneris, ut quidquid in ejus ſacrificatione benedictiſſimâ ignoranter, negligenter, aut incautè commiſi tuis ſanctiſſimis precibus mihi dignetur indulgere. Amen.

Alia

Alia oratio ,
& utilis modus exercendi affectus poſt Miſſam .

O Amabilis Jeſu Deus cordis mei, unde mihi indigniſſimo peccatori tanta dignatio, tantaque dilectio tantæ Majeſtatis, ut me oculis miſericordiæ tuæ tam benignè reſpicere, tam amanter viſitare, tam paternè fovere, tam ſuaviter, & miſericorditer reficere, tam efficaciter & mirabiliter ad gloriam mihi prædeſtinatam, ut ſpero, deducere hucuſque digneris. Benedicta ſit in æternum infinita Bonitas, & Miſericordia tua, quâ me ingratum, cum Patre, & ſancto Spiritu ab æterno ſic dilexiſti; decernendo me cum electis omnibus ſic creare, redimere, dotare, vocare, conſervare, glo-

glorificare: quâ me in tempore quoad corpus, & animam ſic creaſti, conſervaſti, dotaſti, tanto pretio lachrymarum, ſudoris, & ſanguinis tui pretioſiſſimi olim redemiſti, tam liberaliter idem pretium mihi applicaſti, & nunc applicare non deſinis, ſic juſtificando, ſic vocando, ſic præſervando, ſic te mihi uniendo, ſic ad bravium gloriæ invitando. Agnoſco, & amplector charitatem tuam æternam erga me, omneſque electos tuos, atque illorum, omniumque creaturarum poſſibilium poſſibili affectu medullitus gratias ago.

Agnoſco, & deteſtor ingratitudinem meam tantam erga te, atque intime doleo: teque Dominum meum, ac Deum meum ſimili affectu adoro, laudo, glorifico: in centrum nihili mei infra omnes me dimitto, & Majeſtati

tuæ inclino; cùm gratiâ tuâ ſolâ ſim id, quod ſum. In te, ò ineffabilis veritas credo: in te, ò unica ſpes mea, mihi planè diffidens ſpero: te amo, & amabo ſuper omnia, in æternum, ò fons omnis boni infinitè amabilis: gaudeo de omni perfectione, beatitudine, gloriâ, & beneplacito tuo: meque tibi uſque in mortem, & annihilationem mei reſigno totus tuus eſſe, & in æternum permanere deſidero: ſicut tu totus meus eſſe dignaris; omnem vitam meam obſequio tuo gratis offero, & infinitas vitas, ſi haberem, lubens offerrem.

Omnia pia deſideria te glorificandi, quæ unquam habui renovo, prava revoco, ac deteſtor, & contra voluntatem meam eſſe, ac fore proteſtor. Utinam te ſic ſemper amaſſem, & nunquam offendiſſem, nec offenderem

poſt

poſt hâc in æternum. Doleo de omnibus peccatis meis, quia tibi, quem diligo ſuper omnia diſplicent: cupio, & propono ſeriò emendare omnia, maximè hunc particularem defectum. N. & novo fervore me totum tuo impendere ſervitio, conando omnia agenda perfectè facere, maximè hanc virtutem exercere, N. aut reformare hanc actionem ordinariam.

In ſatisfactionem me totum tuo offero beneplacito: veniam cum finali gratia precor, & ſpero per te bone Jeſu, in cujus meritorum abyſſum me demergo. Tu æternâ charitate tuâ ſupplere digneris omne imperfectum meum, per tua ſanctiſſima merita: meque tuo in omnibus conforma beneplacito, & gratiam efficacem largire, hos defectus emendandi, has virtutes exercen-

di, aut actiones ordinarias reformandi, & perſeverandi vocatione, & gratiâ tuâ uſque ad finem: ut te ò Jeſu, in quem credidi, in quem ſperavi, quem dilexi in viâ, cum Electis omnibus videam, laudem, glorificem in Patriâ in æternum. Amen.

Per eamdem charitatem tuam, quâ cum Patre, & Spiritu Sancto ſic dilexiſti mundum, ò bone Jeſu, memento, & miſerere totius Eccleſiæ tuæ ſanctæ, ejuſque capitis Prælatorum, Principum, Paſtorum: ſtatuum Eccleſiaſticorum, ſæculariũ, Religioſorum omniumque, qui maximè poſſunt gloriæ tuæ, & ſaluti animarum prodeſſe, & obeſſe: Parentum, item fratrum, benefactorum, & Amicorum meorum, qui ſe mihi commendarunt: qui me contriſtaverunt, aut quos ego contriſtavi, offendi, ju-

vare

vare neglexi; quos per me indignum in viam ſalutis dirigere decreviſti; omniumque vivorum, & defunctorum, pro quibus mori dignatus es.

Horum omnium propitius miſerere, defunctis requiem, viviſque gratiam concede, ut tibi perfectiſſimè, ſicut ſcis, & vis, placeant, per merita B. Virginis Mariæ, Matris tuæ, & omnium ſanctorum, quæ tibi tuis unita offero, ut ea repræſentes æterno Patri, unà cum omnibus deſideriis, conatibus, & obſequiis meis, valdè imperfectis, cui olim obediens factus uſque ad mortem, nunc glorioſus Pontifex aſſiſtis ad interpellandum pro nobis.

Pater reſpice in faciem dilecti Filii tui, & per eum miſerere nobis gratiam largiens, ut te cum eodem dilecto Filio tuo, & ſancto Spi-

ritu cognoſcamus, amemus, laudemus, & glorificemus, cum omnibus Electis tuis nunc, & in æternum. Miſerere noſtri Domine, miſerere noſtri, & adjuva nos, ſicut noſti nobis neceſſe eſſe in corpore, & animâ. Scis omnia, potes omnia, qui vivis, & regnas in ſæcula.

O Regina ſanctorum omnium, ſancte Angele cuſtos, omnes ſancti Patroni mei, pro omnibus beneficiis nobis collatis, & conferendis in æternum: Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen ejus in idipſum.

Alia

Alia Oratio
poſt Miſſam,
in quâ teipſum Chriſto offeres,
qui tam amanter ſe tibi
offerre dignatus eſt.

O Amantiſſime Salvator, quàm magna eſt miſericordia tua ſuper me! quem etſi vilem, & indignum peccatorem, emiſti pretio tam magno, pretioſiſſimo, inquam ſanguine tuo. Nam ut me ſatanæ mancipium liberares, tu verus Dei Filius temetipſum in arâ crucis Deo Patri in redemptionis pretium obtuliſti: ut vero me paſceres, temetipſum nunc in cibum dediſti. Quid retribuam Domino cum inops, & pauper ſim ego, pro omnibus, quæ retribuit mihi? viſne ut præbeam tibi cor meum? nihil æquius. Nonne Deo ſubjecta erit anima mea, à quo

 eſt

eſt omne ſalutare meum?

Omni prorſus jure animam meam ſibi vendicat, qui pro meâ ſuam poſuit. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: Ecce animam ſimul, & corpus meum. Accipe me totum, qui me totum feciſti. Verùm quæ commutatio, ſi pro te reddam me; nempè pro Domino ſervum? pro Deo hominem? pro ſancto, & juſto impium? pro Agno immaculato ſordidum peccatorem? Sed tu Domine, qui dignum habuiſti me, non alio quam te; nunc quoque, ſuppliciter rogo, ne avertas faciem tuam à me, neque deſpicias me Deus ſalutaris meus. Suſcipe ſervum tuum in bonum: qui accepiſti pro me formam ſervi. Suſcipe hominem, qui pro me factus es homo. Suſcipe peccatorem, qui veniſti peccatores ſalvos facere. Require ovem per-

perditam, qui veniſti quærere, & ſalvum facere, quod perierat: qui es paſtor bonus, & Agnus ſine maculâ, tollens peccata mundi. Suſcipe pariter obſequiū ſervitutis meę, quod oculis tuæ Majeſtatis indignus obtuli; in unione illius ſacrificii, quo tu temetipſum pro me Deo Patri in arâ crucis hoſtiam obtuliſti.

Conjunge vile ſervitium meum, cum omnibus, quæ egiſti, & paſſus es ex perfectiſſima charitate, & obedientiâ; & cum divitiis ſatisfactionum, & meritorum tuorum Patri ęterno illud offerre digneris, ut de tua abundantia mea ditetur inopia: quam ex me ipſo nullatenus mereor, te mediante; gratiam obtineam. In manus tuas commendo ſpiritum meum, ò Domine Deus veritatis, qui me redemiſti. Tibi deinceps adhęrere bonum

eſt, & ponere in te Domine ſpem meam. Quid enim mihi ſit in cœlo, & à te quid velim ſuper terram? Tu enim es pars hęreditatis meæ, & calicis mei tu es, qui reſtitues hæreditatem meam mihi.

Memoria Paſſionis Chriſti, & oratio, in quâ Patri æterno Filius offertur;

Poſt Miſſam.

O Clementiſſime, ſupremèque cœli, & terræ conditor, quamvis ego viliſſimus ſim, & omnium peccatorum maximè deteſtabilis; tamen unà cum Eccleſiâ offero tibi pretioſiſſimum ſacrificium, Unigenitum ſcilicet Filium tuum, pro omnibus meis peccatis, quæ uſque huc commiſi, & pro beneficiis omnibus, quæ haſtenus à te recepi, adſpice pie Pater piiſſimum

mum Filium pro tam impio paſſum. Adoro, laudo, glorifico te, Domine Jeſu Chriſte, benedico, & gratias ago tibi Fili Dei vivi, quia voluiſti ſanctiſſima, & tenerrima membra tua tam immaniter pro me affligi, & lacerari. Benedico ſingulis, & omnibus illis pro amore, & honore tui. Salvete pedes Domini mei, pro me extenſi, laniati, & duris clavis transfixi. Salvete genua toties pro me in terra poſita, & toties eundo defatigata. Salve pectus floridum, amore mei totum mutatum, & livoribus, vulneribuſque deformatum. Salve latus ſacratiſſimum lancea, pro ſalute mea crudeliter apertum. Salve cor amabile, pium, & ſuave, duriſſimo pro me ferro trajectum. Salve dorſum ſanctiſſimum multis flagellis laceratum, & multis plagis dilaniatum. Salvete cha-

chariſſima brachia amore mei extenſa, & cruci affixa. Salvete manus delicatæ pro ſalute mea clavis perfoſſæ. Salvete humeri candidiſſimi, pro me ſugillati, & aſperrimo crucis pondere contuſi.

Salve collum niveum, & os mellifluum, pro me aceti, & fellis amaritudine repletum. Et vos aures benigniſſimæ ſalvete, quæ propter me tot injuriis, convitiis, & blaſphemiis, fuiſtis oppletæ, & graviter offenſæ. Salvete oculi beati, qui pro me tot lachrymarum rivulos effudiſtis. Salve caput nobile ſpinis immaniter lancinatum, ut me corona gloriæ decorares.

Clementiſſime Jeſu ſaluto univerſum corpus tuum, quod pro ſalute mea flagellatum, vulneratum, crucifixum, mortuum, & ſepultum eſt. Salve pretioſiſſime

ſan-

ſanguis, qui effuſus, & pro me Patri oblatus es. Salve anima nobiliſſima noſtri Salvatoris, quæ afflicta, & anguſtiata es, ut ego majori fruerer lætitia. O dilectiſſime Domine, oro te per ſacratiſſima membra tua, ut mea ſanctifices, & ab omni ſorde emacules, quibus cum tuam majeſtatem offendi, malis meis ſerviens appetitibus. Oro, Domine, ignoſce mihi, tu qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Alia Oratio.

O Jeſu Unigenite altiſſimi Patris, & ſplendor, & figura ſubſtantiæ ejus, memento obnixę commendationis, quâ Patri ſpiritum tuum commendaſti, dicens, in manus tuas, Domine commendo ſpiritum meum; & lacerato corpore, rupto corde, cum

cum valido clamore, patefactis viſceribus, miſericordiæ tuæ pro nobis redimendis, expiraſti.

Per hanc pretioſiſſimam mortem precor te Rex ſanctorum, conforta me ad reſiſtendum diabolo, mundo, carni, & ſanguini; ut mundo mortuus tibi vivam, & in noviſſimâ horâ exitus mei ſuſcipe ad te revertentem ſpiritum meum exulem, & peregrinum. Amen.

O Jeſu vitis vera, & fœcunda, memento ſupereffluentis, & abundantis effuſionis ſanguinis tui, quem tu ſicut de botro expreſſum copioſiſſimè effudiſti, quando in cruce torcular ſolus calcaſti, & lanceâ militari perfoſſo latere nobis ſanguinem, & aquam propinaſti, itaut nec minima gutta in te remaneret, & demùm quaſi myrrhæ faſciculus in altum ſuſ-

ſuſpenſus fuiſti, & delicata caro tua evanuit, & liquor viſcerum tuorum emarcuit.

Per hanc amariſſimam paſſionem, & pretioſi ſanguinis effuſionem, pie Jeſu, precor te, ſuſcipe animam meam in agone mortis meæ. Amen.

O Innocens Agne Dei, qui per crucem, & mortem tuam, tollis peccata mundi. Per innocentiam tuam, per cruciatus, pœnas, & anguſtias cordis tui in cruce perpeſſas, parce mihi in die tremendi judicii tui, & miſerere vivis, & mortuis. Amen.

O Fili obediens Deo Patri, qui calicem horrendæ paſſionis tam promptè, & alacriter hauſiſti, felle quoque, & aceto in ſiti tua potatus es. Per omnia duriſſima tormenta, ac vulnera, fac ut ſim manſuetus, & patiens, & æterno Patri uſque ad mortem obediens. Amen.

O

O Jeſu ſumme ſacerdos ; qui obtuliſti Deo Patri oblationem mundam , & ad reconciliandos Deo peccatores prorſus efficacem , per infinita merita vitæ , & paſſionis , ac mortis tuæ ; fac ut mundo moriar , & tibi ſoli vivam , & demùm hinc in pace dimittar . Amen .

O Jeſu Nazarene Rex Judæorum , per victoriam , ac triumphum , quem contra hoſtes tuos , noſtroſque in cruce retuliſti . Serva me ab hoſtibus meis . Corpus , & animam meam ab omni periculo tuere . Eccleſiæ tuæ largire pacem , & concordiam ; peccatoribus pœnitentiam , & indulgentiam , omnibus gratiam , & miſericordiam . Amen . *Pater noſter* . *Ave Maria* .

Ora-

Digitized by Google

Oratio adverſus Acediam.

DOmine Jeſu, qui nullum fugiens laborem, noſtri causâ fatigatus ex itinere, ſæpiùs eſuriſti, variaque pertuliſti incommoda: ſed & in oratione frequens pernoctaſti: expelle à corde, & corpore noſtro omnem deſidiam, & torporem; ut ad tibi ſerviendum in vigiliis, jejuniis, & orationibus prompti ſimus, & alacres; ac nos totos ad tuam gloriam, & proximorum ſalutem exponamus: ut non dormitet anima noſtra præ tædio, ſed viam mandatorum tuorũ alacriter curramus, ubi dilataveris cor noſtrum, per amorem tui, & proximi; ne fortè tepiditas noſtra aliquando nauſeam tibi moveat, & incipias nos evomere ex ore tuo.

Accende igitur in nobis ignem

ignem tuæ charitatis, noſtram imbecillitatem perfice, ut in te, & à te corroborati, per bona opera vocationem noſtram certam facere ſatagamus; & quodcumque poteſt manus noſtra, inſtanter operetur: ut tibi ſoli placeamus; & tu ſis tandem merces noſtra magna nimis. Amen.

Hic poteſt dici
Litaniæ Beatæ Virginis Mariæ,
cum Oratione. Oremus Gratiam tuam quæſumus
Domine, &c.

SALUTATIO

Ad Beatam

VIRGINEM MARIAM.

AVe MARIA, ancilla ſanctæ Trinitatis humillima.

Ave Maria, præelecta Dei

Dei Patris ſanctiſſima.

Ave Maria, Mater Domini noſtri Jeſu Chriſti digniſſima.

Ave Maria, ſoror Angelorum pulcherrima.

Ave Maria, promiſſio prophetarum deſideratiſſima.

Ave Maria, Regina Patriarcharum glorioſiſſima.

Ave Maria, Magiſtra Evangeliſtarum veraciſſima.

Ave Maria, doctrix Apoſtolorum prudentiſſima.

Ave Maria, confortatrix Martyrum validiſſima.

Ave Maria, fons, & plenitudo confeſſorum ſuaviſſima.

Ave Maria, decus, & corona virginum jucundiſſima.

Ave Maria, ſalus, & conſolatrix vivorum, & mortuorum promptiſſima: mecum ſis in omnibus tribulationibus, neceſſitatibus, anguſtiis, & infirmitatibus meis, & maximè in horâ mortis

meæ

Digitized by Google

meæ non deſis mihi, ſed impetra mihi omnium peccatorum veniam, & cęleſtis patriæ gloriam. Amen.

DEPRECATIO

Ad Beatam

MARIAM VIRGINEM.

O Glorioſa Virgo Maria, Filii Dei Mater digniſſima, precor te per quinque vulnera Chriſti, ut adverſa omnia vitæ hujus patienter ſuſtineam, atque ex hoc ſæculo non diſcedam ſine verâ peccatorum contritione, purâ confeſſione, dignâ ſatisfactione, ſacræ Euchariſtiæ perceptione, & ſancti olei Unctione. Amen.

FINIS.

INDEX TITULORUM.

PIa, ac brevis Chriſtiani Sacerdotis præparatio &c. Pag. 7.
Ante Miſſam habenda ſunt tria intentionis diſcutio, Gene*ralis contritio, pura Confeſſio*. Ibid.
In Miſſa extra Canonem diſcretio in legenda. p. 13.
In Canone recordatio vivorum. p. 14.
Et recordatio defunctorum p. 15.
Poſt Miſſam humillima gratiarum actio. p. 16.
Sc*intillæ animæ amantis Deum flamigeræ*. p. 17.
Affectus ex Divinis litteris, & SS. *PP. collecti, quibus animus* S*acerdotis ad pie, ferventerque celebrandum diſponatur*. p. 31.
Ante Miſſam. Ibid.

In

In Miſſa. p. 32.
Poſt Miſſam. p. 33.
Directio intentionis uberior. p. 34.
Directio intentionis brevior quotidiè facienda. p. 48.
Die Dominica.
Ad Deum accedam, ut Regem. p. 49.
Ante Miſſam.
Contritio cordis. Ibid.
Deſiderium, & amor. p. 51.
Poſt Miſſam.
Gratiarum actio, & vox laudis. p. 54.
Oblatio. p. 56.
Petitio. p. 57.
Die Lunæ.
Ad Deum accedam, ut Judicem. p. 63.
Ante Miſſam.
Contritio cordis. Ibid.
Deſiderium, & Amor. p. 66.
Poſt Miſſam.
Gratiarum actio, & vox laudis. p. 67.
Oblatio. p. 70.
Pe-

Petitio. p. 71.

Die Martis.

Ad Deum accedam, ut Patrem. p. 73.

Ante Miſſam.

Contritio cordis. Ibid.

Deſiderium, & amor. p. 75.

Poſt Miſſam.

Gratiarum actio, & vox laudis. p. 76.

Oblatio. p. 78.

Petitio. p. 80.

Die Mercurii.

Ad Chriſtum accedam, ut Sponſum. p. 82.

Ante Miſſam.

Contritio cordis. Ibid.

Deſiderium, & amor. p. 84.

Poſt Miſſam.

Gratiarum actio, & vox laudis. p. 87.

Oblatio. p. 89.

Petitio. p. 90.

Die Jovis.

Ad Chriſtum accedam, ut Dilectum. p. 93.

Ante

Ante Miſſam.
Contritio cordis. Ibid.
Deſiderium, & amor. p. 95.
Poſt Miſſam.
Gratiarum Actio, & vox laudis. p. 97.
Oblatio, p. 99.
Petitio. p. 101.
Die Veneris.
Ad Deum *accedam, ut* Salvatorem. p. 103.
Ante Miſſam.
Contritio cordis. Ibid.
Deſiderium, & amor. p. 107.
Poſt Miſſam.
Gratiarum actio, & vox laudis. p. 110.
Oblatio. p. 111.
Petitio. p. 114.
Die Sabbati.
Ad Deum *accedam, ut* Advocatum. p. 116.
Ante Miſſam.
Contritio cordis. Ibid.
Deſiderium, & Amor. p. 119.

Poſt

Poſt Miſſam.

Gratiarum actio, & vox laudis. p. 121.
Oblatio. p. 124.
Petitio. p. 125.
De *Meditatione, ſeù Oratione Mentali.* p. 128.
Meditationes ſeptem ante Miſſam pro ſingulis hebdomadæ diebus. p. 134.
Pro Dominico die de Rege. Ibid.
Feria 2. *de* Domino. p. 135.
Feria 3. *de Magiſtro.* p. 136.
Feria 4. *de Amico.* p. 137.
Feria 5. *de Fratre.* Ibid.
Feria 6. *de Patre.* p. 138.
Die Sabbati de Sponſo. p. 139.
Gratiarum actiones ſeptem pro totidem hebdomadæ diebus. p. 141.

Poſt Miſſam.

Die Dominica de Rege. Ibid.
Fer. 2. *de Demino.* p. 144.
Fer. 3. *de Magiſtro.* p. 145.
Fer. 4. *de Amico.* p. 147.
Fer. 5. *de Fratre.* p. 149.
Fer. 6. *de Patre.* p. 152.

Die Sabbati de Sponſo. p. 154.

Aliæ Meditationes ſeptem pro ſingulis diebus hebdomadæ. p. 156.

Die *Dominica. Sic Deus dilexit Mundus &c.* Ibid.

Die *Lunæ. Qui proprio* Filio *non pepercit &c.* p. 158.

Die *Martis. Ego ſum Paſtor bonus &c.* p. 160.

Die *Mercurii. Ego ſum vitis &c.* p. 102.

Die *Jovis. Ego ſum via, veritas &c.* p. 164.

Die *Veneris. Quamdiù ſum in Mundo, lux ſum Mundi.* p. 167.

Die *Sabbati. Ecce Sponſus venit &c.* p. 170.

Septem Conſiderationes ad devotè Communicandum ex Oratione Dominica *deſſumptæ, & ad ſeptem dies hebdomadæ applicatæ.* p. 173.

Aliæ Meditationes de ſeptem virtutibus. p. 179.

Aliæ

Aliæ pro variis anni tempori-bus. p. 182.
Tempore Adventus. p. 183.
Die Dominica.
De *Adventu Dei Judicis ad Adamum*. Ibid.
Die Lunæ.
De *SS. Patrum deſideriis*. p. 185.
Die Martis.
De *Colloquio* Angeli, & *B. Virg.* p. 187.
Die Mercurii.
De *Myſterio Incarnationis*. p. 189.
Die Jovis.
De S. *Joannis viſitatione, & ſanctificatione*. p. 192.
Die Veneris.
De *dubitatione* S. *Joſeph*. p. 193.
Die Sabbati.
De *itinere ex Nazareth in Be-thelecm*. p. 195.
Alia Meditatio
A *Nativitate ad Septuageſi-mam*. p. 196.

Digitized by Google

Dominica.
De ipſa Chriſti Nativitate. p. 197.
Die Lunæ.
De Circumſione. p. 198.
Die Martis.
De Epiphania. p. 199.
Die Mercurii.
De Præſentatione in Templo. p. 201.
Die Jovis.
De Fuga in Ægyptum. p. 202.
Die Veneris.
De Inventione inter Doctores. p. 203.
Die Sabbati.
De Baptiſmo Chriſti. p. 205.
Pro tribus Septimanis à Septuageſima ad Quinquageſimam. p. 206.
Die Dominica.
De nuptiis in Cana Galileæ. Ibidem.
Die Lunæ.
De convivio apud Phariſ. Principem. p. 207.

Die

Digitized by Google

Die Martis.
De convivio S. Matthæi. p. 208.
Die Mercurii.
De convivio Zachæi. p. 209.
Die Jovis.
De convivio quinque Panum pro multitudine. p. 210.
Die Veneris.
De convivio Simonis Leproſi. p. 211.
Die Sabbati.
De convivio ultimæ Cœnæ. p. 213.
Meditationes ſeptem pro tempore Quadrageſimæ. p. 214.
Die Dominica.
De Myſteriis in horto factis. p. 215.
Die Lunæ.
De geſtis in domo Caiphæ. p. 216.
Die Martis.
De geſtis apud Herodem. p. 218.
Die Mercurii.
De geſtis in Prætorio. p. 220.
Die Jovis.
De bajulatione Crucis. p. 221.
Die Veneris.

De *Myſteriis in Cruce factis* . p. 223.

Die Sabbati.

De *Sepultura Chriſti* . p. 224.

A *Paſchate ad Pentecoſtem* . p. 226.

Die Dominica.

De *deſcenſu ad Limbum* . Ibid.

Die Lunæ.

De *Reſurrectione glorioſa*. p. 227

Die Martis.

De *Apparitionibus* . *p.* 228.

Monitio . Ibid.

Die Mercurii.

De *Glorioſa Aſcenſione* . p. 230.

Die Jovis.

De *Cœleſti Gloria* . Ibid.

Die Veneris.

De *Spiritu Sancto* . p. 231.

Die Sabbati.

De *Inſpiratione Spiritus Sancti* . p. 233.

A Pentecoſte uſque ad Adventum . p. 235.

Die Dominica.

De *Myſterio* SS. *Trinitatis* . Ibidem.

Die

Die Lunæ.

De *Divinis Perfectionibus*. p. 237.

Die Martis.

De *Beneficiis naturalibus*. p. 239.

Die Mercurii.

De *Beneficiis ſupernaturalibus noſtræ Redemptionis*. p. 240.

Die Jovis.

De *iiſdem*. p. 242.

Die Veneris.

De *Sacrificio Miſſæ, & valore*. p. 243.

Die Sabbati.

De *Beneficio Cœleſtis Gloriæ*. p. 244.

Alia compendioſior exercitatio ante, & poſt ſacram Communionem. p. 247

Quinque puncta ante, vel poſt Miſſam utiliſſimè recitanda. p. 248

Modus audiendi ſacrum valdè compendioſus. p. 250.

Sequ..tur preparationes ad Miſſam, ex diverſis, devotiſque

Orationibus, actibus Contritionis, & amoris Dei ſuper omnia compoſitæ, per dies hebdomadæ diſtributæ pro opportunitate Sacerdotis. p.255.

Præparatio ante Miſſam in die Dominica *Actus contritionis.* Ibidem.

Oratio ex Thoma de Kempis ante Communionem. p 257.

Deprecatio ad Chriſtum. p.262.

Deprecatio ad B. V. Mariam. p.263.

Deprecatio ad Sanctum *cujus Miſſa celebratur.* p.264.

Invocatio Angelorum, *& omnium* Spiritu *um Beatorum.* p. 265.

Preces ante Miſſam, die Dominica. p.266.

Forma intentionis ad Miſſam celebrandam. p. 272.

Memento vivorum. p. 274.

Memento mortuorum. p. 275.

Oratio S. Ambroſii, *ut in* Miſſali *pro die* Dominica *ante Miſſam ponitur.* p.277.

Ora-

Oratio ad impetrandam Divinam Gratiam ex Thoma à Kempis ante Miſſam. p. 279.
Alia Oratio ante Miſſam. p. 282.
Alia Oratio ante Miſſam. p. 283.
Alia oratio ante Miſſam p. 284.
Meditatio Paſſionis Chriſti ante Miſſam die Dominica. p. 285.
Gratiarum actiones poſt ſacrum die Dominica in receſſu ab Altari. p. 293.
Oratio poſt Miſſam die Dominica. p. 296.
Alia oratio poſt Miſſam. p. 298.
Alia oratio poſt Miſſam, in qua Patri Æterno Filius offertur. p. 300.
Alia oratio poſt Miſſam ad B. Virginem Mariam. p. 303.
Alia oratio ad Sanctos in primis Patronos, quorum interceſſionem fructus hujus Sacramenti a Deo petitur. p. 305.
Actus exercendi poſt Communionem. p. 306.
Oratio, in qua ſupradicti continentur actus. p. 307.

Memoria Paſſionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti poſt Miſſam die Dominica. p. 309

Deprecatio ad Chriſtum adverſus ſuperbiam. p. 317.

Præparatio ante Miſſam, feria ſecunda, actus amoris Dei ſuper omnia. p. 318.

Pre ces ante Miſsam, Feria ſecunda p. 319.

Oratio ex Thoma à Kempis ante Miſſam, Feria ſecunda. p. 324.

Alia oratio ante Miſſam. p. 327.

Alia oratio ante Miſſam, ut in Miſſali pro Feria ſecunda ponitur. p. 329.

Oratio devotiſſima, & forma intentionis dicenda à Sacerdote ante Miſſam. p. 331.

Alia oratio ante Miſſam, p. 333.

Alia oratio ante Miſſam p. 335.

Præcatio in qua Chriſti Paſſio, & mors Deo Patri offertur ante Miſſam. p. 336.

Alia oratio, in qua continuatur me-

memoria Paſſionis Chriſti ante Miſſam p. 339.
Gratiarum actio poſt Miſſam, Feria ſecunda. p. 341.
Oratio poſt Miſſam. p. 342.
Alia oratio poſt Miſſam ex Manuali Catholico Verepæi. p. 343.
Alia oratio poſt Miſſam. p. 344.
Oratio, in qua per manus Beatæ Mariæ petimus ſacrificium Deo commendari. p. 348.
Oratio devotiſſima ex operibus Thom. à Kempis, in qua fit memoria Paſſionis Chriſti poſt Miſſam. p. 349.
Deprecatio ad Deum adverſus avaritiam p. 353.
Præparatio ante Miſſam Feria tertia. Actus contritionis, & amoris Dei ſuper omnia. p. 354.
Preces ante Miſſam, Feria tertia. p. 355.
Oratio Thomæ à Kempis ante Miſſam. p. 362.

Alia

Alia oratio ante Miſſam. p. 364.
Alia oratio ante Miſſam. p. 367.
Alia oratio ante Miſſam, ut in Miſsali pro Feria tertia ponitur. p. 369.
Divi Bernardi meditatio, & precatio ad Chriſtum æterno Patri repræſentandum. pag. 370.
Gratiarum actiones poſt Miſſam, Feria tertia. Oratio poſt Miſsam ex manuali Catbolico Verepæi. p. 372.
In oratione ſequenti jungitur oblatio, aut communio cum meritis Chriſti poſt Miſsam. p. 375.
Alia oratio poſt Miſsam, in qua Deo Patri merita Filii ſui repræſentantur. p. 376.
Invocatio Sanctorum maximè Patronorum poſt Miſsam. p. 377.
Alia oratio poſt Miſsam. p. 378.
Alia oratio poſt Miſsam. p. 380.
Præcatio Divi Bernardi ad Chriſtum Crucifixum, poſt Miſ-

Miſſam. p. 381.
Oratio adverſus gulam poſt Miſſam. p. 384.
Præparatio ante Miſſam Feria quarta. p. 385.
Oratio ante Miſſam ex Thoma à Kempis. p. 386.
Preces ante Miſsam, Feria quarta. p. 388.
Alia oratio ante Miſſam, in qua exercetur ſpes. p. 395.
Alia oratio ante Miſſam, in qua exercetur Charitas. p. 396.
Alia oratio ante Miſsam. p. 398.
Alia oratio ante Miſsam, prout in Miſsali ponitur. p. 401.
Alia oratio, in qua fit memoria Paſſionis Chriſti, ante Miſsam Feria quarta. p. 402.
Gratiarum actiones poſt Miſsam Feria quarta. p. 405.
Alia oratio poſt Miſsam. p. 406.
Alia oratio poſt Miſsam, in qua Filius Patri offertur. p. 408.
Alia oratio poſt Miſsam, in qua te ipſum offers Chriſto. p. 412.

Alia

Alia oratio poſt Miſſam in qua offertur Filius Patri. p. 415.
Alia oratio ad Jeſum. p. 417.
Memoria Paſſionis Chriſti poſt Miſſam. p. 419.
Oratio adverſus luxuriam. p. 421.
Præparatio ante Miſſam Feria quinta. p 422.
Oratio ante Miſſam ex Thoma à Kempis. Ibid.
Preces ante Miſſam, Feria quinta. p. 426.
Alia oratio ante Miſſam in qua exercetur humilitas. p. 434.
Alia oratio ante Miſſam in qua exercetur fames. Ibid.
Alia oratio ante Miſſam in qua poſtulatur gratia. p. 435.
Alia oratio ante Miſſam. p. 436.
Alia oratio ante Miſſam, prout in Miſſali ponitur. p. 438.
Alia oratio ante Miſſam. p. 439.
Memoria Paſſionis Chriſti ante Miſſam. p. 442.
Gratiarum actiones poſt Miſſam, Fe-

Feria quinta. p. 444.

Alia oratio poſt Miſſam. p. 445.

Precatiuncula à Sacerdotibus quotidiè legenda, ut in dies Deo ferventius deſerviant. p. 447.

Alia oratio in qua Deo Patri, Filius offertur, cum omnibus ejus meritorum Theſauris poſt Miſſam. p. 448.

Alia oratio poſt Miſſam, *in qua per virtutem hujus Sacramenti homini Chriſtiano accomodatæ virtutes petuntur*. p. 450.

Alia oratio poſt Miſſam *pro proximis, & commendatis*. p. 454.

Alia oratio. p. 455.

Alia oratio in qua fit memoria Paſſionis Chriſti, & Patri æterno Filius offertur, poſt Miſſam. p. 458.

Precatio ad Jeſum. p. 461.

Oratio Divi *Thomæ* Aquinatis *ad multas, magnaſque virtutes impetrandas aptiſſima, & di-*

& dicenda poſt Miſſam acomodata. p. 462.

Oratio adverſus Invidiam poſt Miſſam. p. 465.

Præparatio ante Miſſam Feria ſexta. p. 466.

Oratio Thomæ à Kempis ante Miſſam. p. 467.

[redacted] ante Miſſam, Feria ſexta. p. 469.

Oratio ante Miſſam in qua per merita Paſſionis, & ſanguinis Chriſti petes veniam, & pie communicandi gratiam. p. 476.

Alia oratio ante Miſſam in qua exercetur Fides. p. 480.

Alia oratio in qua exercetur ſpes. Ibid.

Alia oratio ante Miſſam. p. 482.

Alia oratio ante Miſſam. p. 484.

Alia oratio, ut in Miſſali pro Feria ſexta ponitur ante Miſſam. p. 488.

Prævia oblatio S. Bonaventuræ ad

Digitized by Google

ad ſacrum faciendum, & Memoria Paſſionis Chriſti. p. 490.

Gratiarum actiones poſt Miſſam Feria ſexta; Oratio poſt Miſſam. p. 494.

Alia oratio poſt Miſſam, in quâ veniam petes peccatorum, negligentiæ, defectuumque, quos in uſu Sacramenti admiſiſti. p. 496.

Alia Oratio poſt Miſſam. p. 500.

Memoria Paſſionis Chriſti, & oratio, in quâ Deo Patri, Filius offertur: Poſt Miſſam. p 502.

Oratio adverſus iram poſt Miſſam. p. 506.

Præparatio ante Miſſam Sabbato, exerce actum contritionis. p. 507.

[redacted] *ante Miſſam* Sabbato. p. 509.

Oratio ante Miſſam; *in qua petes gratiam.* p. 515.

Alia

Alia oratio ante Miſſam Sabbato, ut in Miſsali ponitur. p. 517.

Alia oratio ante Miſsam. p. 519.

Implora opem Sanctorum. p. 521.

Memoria Paſſionis Chriſti ante Miſsam. p. 522.

Alia oratio ante Miſſam. p. 524.

Gratiarum actiones poſt Miſsam Sabbato. p. 525.

Præcatio ad Beatam Virginem Mariam. p. 527.

Alia oratio, & utilis modus exercendi affectus poſt Miſſam. p. 528.

Alia oratio poſt Miſsam, in qua teipſum Chriſto offeres, qui tam amanter ſe tibi offerre dignatus es. p. 535.

Memoria Paſſionis Chriſti, & oratio, in qua Patri æterno Filius offertur poſt Miſsam. p. 538.

Alia

Alia oratio. p. 541.
Alia oratio adverſut Acediam. p. 545.
Salutatio ad Beatam Virginem Mariam. p. 546.
Deprecatio ad Beatam Virginem Mariam. p. 548.

Finis Indicis.

MAG2009937

Digitized by Google

ERRATA.		CORRECTA.
Pag.		
10	Mundiciam	Munditiam
13	legenda	legendo
33	Dilibatur	Dilabatur
50	Parceat	Pateat
55	Menſua	Menſura
58	Vis	Vita
124	Paſſionis	Paſſione
135	Vindicula	Vincula
153	Parfectam	Perfectam
154	Tibi	Sibi
163	Quod	Quo
166	Præſente	Præſentem
176	Redemptior	Redemptor
223	Dominos	Dominus
287	Angelorum	Angelum
289	Ordinatis	Ordiaris
295	Percipi	Percepi
299	Tutamen tuum	Tutamen
303	Incliyta	Inclyta
303, e 304	Regida	Regina
309	Inquiſſime	Iniquiſſime
311	Arbor	Arbore
322	Valea	Valeam
328	Mei	Meis
447	Sacerdotatibus	Sacerdotibus
452	Salvaris	Salutaris
482	Paſſum	Poſſum
497	Vt	Tu

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google